

K. Pope

A. P O P I I

EXCERPTA QUÆDAM:

V I Z.


TENTAMEN de HOMINE.	MESSIAH Bucolicum Sa-
TENTAMEN de CRITICISMO.	crum.
ELOISA ABELARDO.	PRECATIO Univerſa.
ELEGIA in Memoriam infe-	CHRISTIANI morientis ad
licis NYMPHÆ.	ANIMAM.

Latinè Reddidit

JAC. KIRKPATRICK, M. D.

*Te ſequor Angliacæ gentis decus; inque tuis nunc
 Fixa pedum pono preſſis veſtigia ſignis;
 Non ita certandi cupidus, quàm propter amorem
 Quòd te imitari aveo. Quid enim contendat hirundo
 Cynis? —————*

LUCRET.



S. Heyman inv.

C. Grignon Sculp.



CATALOGUS

SUBSCRIBENTIUM.

** Nota, chartam optimam designans.*

JAMES Abercrombie, *Esq;*
Edmund Atkin, *Esq;*

* Blumfield Barradall, *Esq;*

John Barker, *M. D.*

William Barrowby, *M. D.*

* Mr. James Bensley, *Surgeon.*

Mr. James Bensley, *Jun.*

Mr. Robert Brisbane.

Richard Brocklesby, *M. D.*

Mr. William Bromfield, *Surgeon and
Anatomist.*

William Brown, *Esq;*

William Bull, *Jun. Esq;* 2 Books.

* *The Honourable and Rev. Spencer
Cowper.*

Warw. Calmedy, *Esq;*

* Thomas Child, *Esq;* 2 Books.

* Thomas Corbett, *Esq;*

Daniel Cox, *M. D.*

J. Cuninghame, *M. D.*

* John Curtis, *Esq;*

Thomas Dale, *M. D.* 6 Books.

* *The Rev. Philip Doddridge, D. D.*

J. Delacour, *M. D.*

* Thomas Elderton, *Esq;*

* Samuel Eveleigh, *Esq;*

Bramfield Evance, *Gent.*

* *The Rev. Mr. George Farran.*

* Mr. Curtis Farran.

Edward Fenwicke, *Esq;*

Mr. T. Fulledeph, *Princ. Universf.
St. Andrews.*

* *The Rev. Mr. Philip Furneaux.*

* *The Rev. Mr. Alexander Garden.*

Culcheth Golightly, *Esq;*

James Graeme, *Esq;*

Mr. David Gregorie, *Profes. Math.*

The Rev. Mr. Mark Gretton, A. M.

Joseph Grove, *Esq;*

* *The Right Hon. Earl of Halifax.*

* *The Hon. James Hamilton, Esq;*

* Fayer Hall, *Esq;*

Richard Hardy, *M. D.*

Mr. John Hammond, *Surgeon.*

* *The Rev. Mr. T. Hartley, A. M.*

* Mr. William Hunter, *Surgeon and
Anatomist.* 2 Books.

* Mr. James Hervey, *A. B.*

Mr. Charles Herriott, *Surgeon.*

Mr. John Hill, *Surgeon.*

Samuel Horsfeman, *M. D.*

Thomas Hudson, *Gent.*

* James Jurin, *M. D.*

James Irving, *Esq;*

Thomas Johnson, *Esq;*

CATALOGUS SUBSCRIBENTIUM.

Edmund Kelly, *Gent.*

* *The Hon.* George Lyttelton, *Esq;*

* *The Rev.* Mr. Samuel Lavington.

Dr. John Lining, 2 *Books.*

* Richard Mead, *M. D. Med. Reg.*

Gabriel Manigault, *Esq;*

* Dr. T. Maningham.

William Martin, *Esq;*

Mr. Robert Mason, *Surgeon.*

* *The Rev.* Mr. T. Mellichamp.

James Mickie, *Esq;*

Henry Middleton, *Esq;*

Thomas Middleton, *Esq;*

Mr. John Mills.

Mr. James Morris.

Mr. J. Morrison, *Rect. Acad. St.*
Andrews.

James Munro, *M. D.*

Hutchinson Mure, *Esq;*

Robert Nesbit, *M. D.*

* *The Rev.* Mr. William Norris, *A. M.*

The Rev. Mr. Richard Onely.

Robert Henley Ongley, *Esq;*

* Mr. John Palmer.

Charles Pinckney, *Esq;* 2 *Books.*

* James Pitt, *Esq;*

Robert Pringle, *Esq;*

James Quin, *Esq;*

John Rattray, *Gent.*

Thomas Reeve, *M. D.*

Mr. T. Redstone, *Surgeon.*

John Rich, *Esq;*

William Rind, *Gent.*

The Rev. Mr. John Robinson.

James Royston, *Gent.*

Andrew Rutledge, *Esq;* 2 *Books.*

Dr. John Rutledge.

Mr. H. Rymer, *Prof. Phil.*

Alexander Sandilands, *M. D.*

Francis Sandos, *Esq;*

* George Selwin, *Esq;*

The Rev. Mr. Andrew Shaw, *S. T. P.*

* Thomas Simfon, *M. D. Med. et*
Anat. Prof. Candos.

Mr. Edward Sparham, *Surgeon.*

Thomas Stack, *M. D.*

* James Stonhouse, *M. D.* 2 *Books.*

St. Stephen Stowe, *Gent.*

* *The Hon.* T. Townshend, *Esq;*

* *The Hon.* G. Townshend, *Esq;* 2 *Books.*

* *The Hon.* Horatio Townshend, *Esq;*

* *The Hon. & Rev.* E. Townshend,

Mr. Zachariah Taylor.

Mr. George Thickness, *Master of*
St. Paul's School.

* Thomas Tindal, *Esq;* 2 *Books.*

William Varey, *Esq;*

Mr. W. Vilant, *Prof. Civ. Hist.*

Nathaniel Ware, *Esq;*

Mr. Richard Webb, *Surgeon.*

Thomas White, *Esq;*

Thomas Willan, *Gent.*

John Williams, *Esq;*

* Godfrey Wills, *Esq;*

* Robert Wills, *Esq;*

The Rev. Mr. John Wood.

Charles Wright, *Gent.*

James Wright, *Esq;*

Jermyn Wright, *Gent.*

Richard Wright, *Esq;*

* *The Rev.* Mr. John Wyatt, *A. M.*

Mr. N. Young, *Prof. Hum.*

Mr. David Young, *Prof. Phil.*

Mr. John Young, *Prof. Phil.*

P R A E F A T I O.

QUUM cujullibet egregii recentiorum scripti, et potissimum pœtici, ex vernaculo sermone in diversum transfusio, praecipuè verò in qualemcunque dicimus defunctum, permultae molis videtur et audit; verisimillimum est, quoscunque gloriolam exinde aucupantes arrogantiae infamiam longè faciliùs subituros. Hoc planè confitentem et praevidentem quisquam non ineptè interroget, qualem se novit, quantumve profitetur, qui pœetae, non tenui pennâ, carmen, cum venustate, gravissimum, cum vi quâdam pressâ et circumscriptiore, perelegans, latinè vertere periclitaretur. Absurdissimus mihi meritò viderer, si tanta aggressus, me responderem, (modestiam immodicè immodestèque affectans) me ipsum opinari crassiore Minervâ, et literulis pene nullis imbutum: quando verbis solùm modestis res ipsa confidentior fidem satis superque abnueret. Quamobrem fatius existimo veriverbium, tanquam fiduciae piaculum, praefari, fatendo, quòd re peractâ et perpensâ, vereor et mihi videor, hanc versionem tentaturus, eruditionem et ingenium meum, quantumcunque sint, plus aequo magnificisse; et quòd, unus multorum, stimulantem animi propensionem pro acumine haud spernendo deceptus habebam, *Ovidiano* illo quippe nimium fretus,

——— *possit, quia posse videtur.*

Propriae veruntamen fiduciae ac inscitiae, etiam tunc temporis, quodammodo conscius, hoc ipsum me de novo neque leviter impulit, Carmen de Homine volvere penitus et vertere; quò naturâ et statu hominis diu et seridè perpensis, memet individuum denique meliùs dimetirer, et intimè noscerem, minus gloriosus, et verè sapientior tandem fortè, serò licèt, evasurus.

Caeterùm hanc nostram fiduciam et temeritatem, (quae nobis plerique forsàn lubentissimi concedant) palam fassus, spem nullatenus

diffimulabo me, hoc opere functum, de spe meâ non proffus, sed partim tantummodo decidisse, et eousque effecisse, quò veniam saltem, si famae ne hilum mihi conciliarem, quando huc non malè facit illud *Horatii*,

Est quâdam prodire tenus, si non datur ultra.

Quale quidem iudicium de sequenti versione, viri perquam candidi et eruditiores, pars quorum ignotâ mihi facie, ex specimine prius evulgato, suis eatenus suffragiis fulciebant, ut demum in apertum prodire audeat, doctis et ingenuis pro candore suo aliquantulam fortè allatura oblectationem; criticis autem acerbioribus eò gratior futura, quò plures rodendi aut carpendi tanquam anfas exporrigat. Et profecto quam longè infra perfectam, vel etiam optimam, hanc versionem existimo, spero tamen supra mediocritatem spernendam provecam esse. Si declamitando profiterer enim cum scriptoribus, qui verecundiae laudibus inhiant et insidiantur, nostra opuscula abjectiora esse, et digna tantum quae peiori inurerentur notâ, dum revera se mentiri credunt, quid responderem quaerentibus, cur non omnino supprimerem, aut nonum saltem in annum? Me ipsum penes erat mihi praecavisse infamiam, et literatae reipublicae, et de me optimè merentibus hujus operae fautoribus, tum otium peperecisse, tum sumptum. Quid, aio, sanior responderem? Pueriliter hercle istiusmodi scriptitant et obgan-niunt, dum suorum scriptorum, quantacunque sint, evulgatio affectatam sui modestiam ipso facto denudat, et ridendam praebet: et mihi equidem qualiscunque affectatio ipsâ ferme impudentiâ videtur quodammodo odiosior.

Vera quidem scriptoris modestia, si quid de circumstantiâ tam amabili scriptor, tanta ausus, dijudicet, mihi constare videtur in propriae suimet superbiae et philautiae cautissimè invigilando, et proprias qualescunque aestimando dotes potiùs infra meritum aliis ratum. Sed munera Dei, quae nullus re ipsâ possidens conscire nequit, de suo pretio, ut mos est, nimis imminuere, affectationem planissimè redolet blanditiis insidiantem; neque supremo bonorum omnium Auctori fore gratissimum subsentio. Amplissimae dotes animi, quoad video pro
medietate

medietate meâ, modestiam maximè sinceram necessariò et efficaciter fuggerant; quippe quia nemo nescit harum sibi se neutiquam esse auctorem, neque ad alios transferre queat, quantumcunque vellet. Et quoniam nobis pro tempore confisae, et tanquam creditae sunt, et earum usûs et emolumentum ratio a nobis olim exigenda est, non tantùm sine insolentiâ et fastu, sed cum trepidanti quâdam modestiâ, qui tanta debet, se ipsum gereret. Ad haec etiam accedit, quòd maxima scientiâ et sagacitas homini permessa nequeunt non cernere eorum possessoris majorem adhuc planè ignorantiam et infirmitatem. Sed fatendum est longè rariores esse, qui dotes animi sibi concessas non nimium magni pendunt; utcunque ingrati venerando semper earum principio iisdem saepissime abutimur.

Ut verò ex scopo et intentione nostrâ illustratis, lucidiùs innotescat, qualia sequentium carminum simulacra legentibus exhibere avebam, memorare lubet, quòd ea versurus juxta optimas editiones, quasdam mihi praestituebam conditiones, quarum prima et praecipua fuit, ut sensum Auctoris genuinum assidue servarem. Deinde ut tam strictè vel ipsius verba assequer, quàm diversitas Romani ab Anglico idiomate, cum perspicuitate aliquâ, nec prorsus indecorâ, pateretur. Denique ut, quantum in nobis erat, vires et venustates, quibus felicissimi pœetae haec carmina non infelicissima abunde scatent, quàm minimè mancas transferrem; atque ut interpretatio pares ferme intra limites coerceretur. Atque ita fere fit, modò paucissima demas, ut singula disticha anglica totidem latina disticha complecterentur: procul enim dubio interpretatio nostra tantò solum mereri poterit, quantò pœematis interpretati similitudinem non valde deformem exhibuerit. Minimè hìc nobis ornamenta aut argutiae indaganda sunt; fatis aliorum voluptati et suae faciet ambitioni, quisquis mediocrem justitiam permultis *Popii* deliciis, et pulcherrimè dispositis, reddet. Quapropter nobis vix licuit centones, vel celeberrimorum pœetarum, quanquam plurimis meritissimò inter delicias, hìc saepius interferere; quandoquidem strictum nostri pœetae sensum plenè et adamussim rariùs exprimerent; neque aliter de diversis omnino subjectis differenti evenire potuit.

potuit. Quales se facilè congruentes et opportunos, quasi sponte, offerebant, laeti admodum excepimus.

De pœsi vernaculâ latinè transferendâ pauca libet adjicere, experi-
entiâ potiùs quàm lectione docto. Pono igitur, quisquis ad hujusmodi
coeptum, sui compos, se accingit, necessariò seligat praestantissimum
quodcunque opus, ut solum transferri dignum; quodque mihi prae
mediocri quodammodo facilius, quoniam longè delectabilius, videtur.
Quò minùs deinceps de scopo sibi proposito deficiat, spe quâdam au-
deat, nec nodn fuiciâ generosiori sese erigat ac incitet, opus sibi trans-
ferendum aemulandi saltem, vel etiam excellendi; quod posse aliquando
fieri, me iudice, credat, qui Carmen seculare lepidissimi pœetae M.
PRIOR, cum latinâ ejusdem versione, per generosum eruditissimum
T. DIBBEN, sedulò conferet. Et quòd pœeta quispiam eruditissimus
pœsin suam vernaculam suâ latinâ aequiparare polleat, vix aut ne vix
dubito concessurum, qui doctissimi et ingeniosissimi ADDISONI pœ-
sin pulcherrimè Anglicam, cum carminibus suis tersissimè et dulcissi-
mè Latinis comparaverat. Quemadmodum enim VIRGILIUS, de
diversorum agrorum diversâ indole differens, scite cecinit,

Hic segetes, illic veniunt feliciùs urvae.

Sic ratione non prorsus abfimili in diversis evenit linguis, eundem sen-
sum aut ideam in unâ aut alterâ, aptiùs aut infeliciùs, arctiùs aut ef-
fusiùs, denique pulchriùs aut pejùs exprimi, pro diversis earum, et
oppositis non rarò idiomatibus. Ad haec etiam, quam memoravi fi-
ducia pœetis opus est, nam habent sua castra pœetae, cum criticis
nempe acerbioribus militandum est; et in omni re bellicâ ipsa quae-
dam temeritas vix speranda quandoque efficit. Sin nimis ardua ag-
gressum eventus obruet, tantum sibi honorem sui exitus affirmabit,
quantus pigriori cuivis superstiti ruborem, si minùs, invidiam excitet,
magnis scilicet excidendo aufis.

Multi multa quidem de vero et quasi legitimo transferendi modo
altercantur; dum alii interpretationem exactissimam et quadantenus
verbalem; alii effusiozem et laxiorem, qualem ornatiorẽ habent,
expetunt. Plerique autem, ut mihi videtur, apud nostrates, ante-
ferunt

ferunt exactiorem, caeteris ferme paribus. Utrisque horum, pro diversis argumenti, et scriptoris transferendi, naturâ, specie, et varietate multiformi, fortè aliquid rite concedendum est; quòd hoc sponte suâ strictiorem, illud versionem magis diffusam planissimè appetat. Generatim verò, potiùs quàm figillatim loquendo, quantumvis omnino fati auscultarem *Horatium* tale quid praecipientem,

Nec verbum verbo curabis reddere fidus

Interpres —

Quoties nihilominus verba verbis significantiùs atque ordinatim responderent, ea ipsissima, salvis semper Romano idiomate et elegantia, omnino anteponerem. Minimè etenim de versione, ex professo, quod aimus, hìc agit *HORATIUS*; de sumendo autem argumentum traegodiae ex *HOMERO*, et faciendo *publicam materiem privati juris*, *Iliacum carmen deducendo in actus*, quod, primo intuitu, liberaliorem imitationem, et legibus dramaticis accommodatam, evidentissimè efflagitat: ad coeptum verò, qualecunque nostrum est, vix aut saltem valde remotè spectat. Huic nostro veruntamen objectum novimus; neque mirum sanè, quando hodierni hoc moris est, plures fragmenta *Horatii* passim eructare, qui mentem animumque ejus nihil expiscati, hunc judicem gravissimum, simul et candidissimum, duntaxat frustillatim sapiunt.

Pöeseos cum picturâ comparatio tritum est. Si quis ergo pictor opus qualecunque, sibi ipsi imprimis praconceptum, delineare, depingere, et coloribus, et adumbrationibus peritissimè dispositis, tanquam animare pergit, non tantùm de peritiâ suâ delineandi, depingendi et adumbrandi, quinimo de vi insuper et delectu effingentis suae imaginationis, sui operis excellentiam conjunctim pendere necesse est: Qualem verò sibi propriam imaginationem, progrediente picturâ, extendere, excolere, et castigare pro virili licebit. Sin eximium aliquod opus *Titiano* vel *Raphaele* excogitatum, et omnibus numeris artificiosè et feliciter absolutum, imitari, et veluti transcribere, gestit, de propriâ imaginatione hìc ut parum, de arte suâ exactissimè imitatrice successum quàm maximè pendere liquet: quantumvis pictorem *Titiani*

ani genio confimili tantum artificem feliciffimè imitaturum nequaquam inficior. Vis comparationis per fe patet; fed linguarum diffimilitudines, prae colorum diverfitatibus, nescio quâ reconditori funt naturâ: hi fenfibus fe fiſtunt, illae animos alloquuntur; et pœetae ſublimioris vim, venuſtatem, ipſumque ſpiritum, legentium intellectui, per verſionem exquisitam, penitus et introrſum inſinuare, mihi multò difficilior videtur, quàm archetypi cujuſcunq; egregii nitidiſſimam et graphicam imitationem ob oculos ponere inſpicientium.

Quoties autem vires, ingenium vel leporem pœetae vertendi, interpretatio verbatim elaborata inconcinnè vel injucundiùs verteret, omnino rejicienda eſt, et incudi reddenda. Infulſioris enim eſſet rationem aut ingenium verbis aut ſonis poſthabere, quae tanti ſolummodo aeſtimanda funt, quantum rationi et ingenio aptiſſimè inſerviunt, et pro vehiculo funt, vectis nequaquam anteponendo. Quum verò ingenium vati praeconceptum verba, quò illuceſcat aliis, neceſſariò induat, ut pingentis idea colores, talia ſeligenda funt, quae ſenſum, aut ſimulacrum, ipſo pœetâ ante excogitatum juſtiſſimè et venuſtiſſimè exprimant et depingant; et qualia ipſe pœeta, modò latinè callens, latinè id ipſum opuſculum ſcripſerat, ſibi probabiliter ſelecturus erat. Nec cuiſvis planè deſperandum eſt, me conſulto, qui hujusmodi coepto modicum ingenii, et multum amoris, ſecum afferet, ne pœetae vertendi peramans et perſtudioſus, aliquantulum illius ſolertiae, et fortasſe etiam venae, tandem aliquando non imbiberet et aſſequeretur. Ad imitandum naturâ fingimur, et eorum, quos longâ die mirâti dileximus, mores, etiamſi nobiſmet inſciis, tranſcribimus; at eò ſanè decentiùs, quò illorum indole habituque confimiliori effingimur. Nec diſſimili prorsus ratione, ex feminibus ingenii paucioribus, modò probè affiduèque nutritis, meſſis generoſior exurgat: cujus quidem rei, ſi quid ego fortasſis in hâc verſione profecero, exemplo ſum; monitioni aliter futurus, ne quiſquis in poſterum tanta inchoari auſit, qui de onere ſuſcipiendo, de ſuiſque humeris ac viribus, non ſaniùs dijudicare valuit.

Et quoniam, quod ſuprà notavimus, ſaeppiſſime eveniat, pro diverſis diverſarum linguarum idiomatibus, ut eundem ſenſum lingua alia prae alterâ

alterâ pleniùs aut languidiùs, ornatùs aut minùs ornatè exprimat, quoties latini sermonis concinnitas et elegancia, sensum auctoris feliciùs reddendo (quod interpreti felicissimo subinde forsan accidat) ipsum auctorem aliquatenus expoliat, expolire nullus haereat, exinde partim compensaturus sui ipsius, vel latini sermonis egestatem aut infelicitatem, in aliis ejusdem pœetae versibus reddendis. Et profecto tam subtili, et tanquam aetheriâ cohaerentiâ, emicant deliciae acuminis et phantasiae, ut inter transfundendum facillimè evadant. Cùm castitate verò quâdam hîc audendum est, ne, sui captus amore, suas argutiolas et inficitias verendi scriptoris gravissimo operi temerarius immisceat: eum judicio praeterea perspicaciore, ne propriam et peculiarem auctoris sui notam expungeret, pressiorem fusiùs, fusiorem pressiùs, graviorem laxè nimis, lepidissimum inficetè reddendo.

Haec itaque hactenus de latinâ generatim et pœeticâ versione. Ut verò ad nostram aliquantisper redeam, pauca quaedam de versione Tentaminis de Homine praefanda speciatim habeo; utpote quod nodosum magis, et longè est translato difficillimum. Si primo etenim in limine iudices gravissimi et eruditiores postulata quaedam in hoc carmine reddendo mihi lubenter annuerent, de reliquis minori multùm sollicitudine afficerer. Imprimis igitur, si id mihi licuisse spes erat, hujus carminis titulum *Disquisitionem* potiùs quàm *Tentamen de Homine* latinè redderem, et insignirem; quoniam auribus mentique meis quiddam magis latinum et philosophicum sapit, et κακὸς φωνία qualicumque planissimè vacat. Verebar autem ne critici arbitrarentur ejusmodi inscriptionem tituli vernaculi modestiâ prorsus caruisse, et minora demum pro certo parituram, majora professam esse. Quocirca, apertis tanquam oculis, hanc emendationem praeterii, aliquantulum fortè criticos tantâ formidine demeriturus.

Verba quaedam insuper non aureâ forsitan latinitate, scriptoribus autem sequioribus et dialecticis per saepe usurpata, spero mihi saltem ideo condonanda, quòd auctoris nostri argumentum et sensus ea ipsa non rarè iteranda omnimodis efflagitabant. Talia sunt *Ens*, quod *Quintiliano* tamen sancitum est, *Pathema*, *Philautia*, et pauca fortassis

tassis praeterea, quae pleraque Graeco fonte cadunt; et quae tibi mihique, Lector benevole, censorum facilè princeps sic condonaverat.

————— *si fortè necesse est*

Indiciis monstrare recentibus abdita rerum,

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis

Continget; dabiturque licentia sumpta pudenter.

Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si

Graeco fonte cadant, parcè detorta.

Art. Pöet.

Quorum praeterea verborum quantitates syllabicas, quoties ex vocalibus *αμφιβολοις* constructae erant, variare, pro metri lege, non nimium haesimus; quando hoc apud ipsum HOMERUM non semel videre est, *Ἄρες Ἄρες — Φίλε κασιγνή — Διί Φίλε*, &c. In reliquis autem tum verbis, tum syllabis, castitatem et severitatem latinam pro meo modulo sum affecutus. Atque hoc equidem ab omni recentiori latine scribenti, cujuscunque demum regionis, sedulo nitendum opinor: Neque ex solâ purissimae latinitalis ostentatione, quanquam puri sermonis amor laudis est; ut verò lingua perelegans, literatorum communi consensu, stabiliatur et minimè fluctuet, in literatorum diversis linguis sempiternum commercium, et in scientiae, artium, ac ingenii emolumentum et participationem.

Praeterea non diffidendum est, quod lectores, qui, aure delicatiori, dictione magis pöeticâ et floriferâ praecipue delectantur, plurima verba hîc sparsim usurpata, quae in profâ multò usitatiora sunt, multoties repudient. Talia sunt *gradatio, intentio, propensio, actio, activus, unio*, et paucula fortè alia ejusdem farinae. Hoc autem minoris habeo, quando haec pleraque TULLIUS ipse dudum sanciverat; et cuivis pöetae, carmine philosophanti, ab omni sano lectore certius condonanda erunt. Quandoquidem enim sensum nostri pöetae ferme sola satis exprimebant, non tanti habebam molliculorum suffragia, ut per ambages verborum prolixiores ea evitarem. Non pauci hîc etenim occurrunt loci, quos ratiocinatione et argumentis niti et valere, quam exornari floribus pöeta maluit, quippe ubi,

Ornari res ipsa negat, contenta doceri.

Nec non metuendum erat, ne vernaculi carminis, interdum per se quibusdam aliquatenus abstrusi, versio redderetur adhuc obscurior.

Quò minutioribus et leviter eruditis occurrerem criticis, quoties verborum syntaxis figurata magis, aut prosodia syllabarum minùs usitata acciderit, ut ut rarò haec fiunt, unam aut alteram *notulam* (ut barbarissimum mutuar a *Dodo* supposititio, consanguinei nostri verè *DODI* nomen titulosque compilanti) adjiciebam. Hoc porrò tyronibus non fore ingratum augurabar, neque ipsis olim eruditis, quibus, pro longâ desuetudine Latinitatis, inter errores mihi forsitan annumerarentur.

Hoc itaque ferme emenso aequore, juvat quodammodo meminisse difficultates et conflictus, non sine amoenitate quâdam interveniente, anteaçtos; quantumvis terram et portum adnaviganti pericula longè majora subeunda sunt. Ex animo sanè gauderem, contractis velis et demissâ anchorâ, evasisse naufragium, et, cum quantulâcunque eruditorum gratulatione, in terram exscendere. Sed famam non tanti facio, ut, cum pœtaastro in fabulâ, mecum carnificem afferrem, palam denunciaturus, quod si plausum legentes abnuerent, iste me extemplo et coràm decollaret. Famam humanitus appeto, non amens efflictim depereo: et quisquis se famam aspernari praedicat, propter eam ipsam famae affectatam aspernationem, perridiculè sibi famam sperat. Verè eruditorum, qui judicio ac candore quadantenus *Horatiano* nitent, tantùm abest ut exhorrescam castigationes, ut sponte quidem eas ambirem et amplecterer; ob aliquantulum illorum candore approbatum gratissimus. Qui verò non de opere ex se ipso dijudicant, sed de patriâ, gente, scholâ, academiâ opificis, caperatâ fronte, multa sciscitantur et mussitant, abeant, cum ridendâ quidem, et temnendâ istorum philautiâ, etiamsi laudasse vellent. Veluti si quaequam regio, vel qualescunque homines sufficerent ingenium Deo negatum, Deo inditum abolerent. Unus nemo vir verè magnus, propter hujusmodi circumstantias, praëjudicat de re ab his diversâ; de quivis autem opere ex se ipso pronunciat. Sed minimè revera desunt, qui loco meriti locum ipsum habent, quique mirè vellent, non sine turpi quâdam et invidiosâ exiguitate animi, D. O. M. munificentiam planè immensam et divinam sibi suisque solis arrogare; dum poenâ damni saltem

reliquos multari avent. Istiusmodi verò *POPPIUS*, non minùs philosophicè quàm pœticè, cum nondum penitus excefferat ex ephebis, vernaculè cecinit quae videre iis operae est ad paginam 77 hujus libelli; et quae ruborem sibi incutiant, dummodo rubeant lividi.

“ Quorsum haec autem” aliquis objiciat. “ Praematuriùs sanè succenses, et nondum lecto neque edito libello, dum vestibulum aedificio astruis, crabrones, qui tibi cautè et cum silentio praetereundi erant, deditâ operâ laceffis; et istorum aculeos in temet excitas, quos fortè invigilantes offâ potiùs adulatoriâ consopire praecavendum erat.” Nae hoc cujusdam prudentioris, nec non fuisset amicissimi, nisi quòd vir quidam non leviter eruditus, quem reverentiae causâ taceo, ne minimâ, quòd scio, laceffitus injuriâ, de auctore versionis nostrae quidpiam interrogatus, subabsurdè responderat, “ se vertentem credere homunculum quendam Hibernicum, qui ad illum de re tali epistolam quandoque exaravit; cuique modulum defuisse latinitatis, quo versionis titulum rectè evulgaret?” De patriâ, quam nemo sibi nondum nato aut praeoptavit, aut praecavebat, neque pudet, neque gloriôr; me usquam aut unquam fuisse natum omnino mihi factis est. Hoc autem intimè laetor, quòd, cum paucioribus, nihil moror unde, sed quid; quem, sed qualem, videam: dum, praepudicio carens, cunctos et singulos appello populares meos, neque ex *Lunâ*, *Saturno*, *Venere*, nec diversâ quâdam planetâ, oriundos; quibuscunque etiam ipsis, si qui sint, tanquam vicinis remotioribus bene vellem. Salvete plurimùm *Stellicolae*! quando ignotos ignoto hactenus designare verbo fas est. Ut verò ad turpia et terrestria simul redeam, de censurae illius justitiâ et veritate alii dijudicent; sed dicterii ejus gentilitii (ut de religioso aut benevolenti homine summè taceam) philosopho, docto, generoso planè indigni, admodum me miseret; idemque hic loci commemoro tantùm, quòd manifestissimè ignoscam. Quisquis communem consuleret sensum, neque ex fastu, praepudicio nec invidentiâ acerrimè depravatum, abundè vincetur, omne meritum et contrarium peculiare esse et proprium ipsi individuo, ex se unico verè solùm perspiciendo. De hoc autem plus fatis, ne ultra crepidam fatagere videar, ad illum de poenitentiâ, post absolutionem, concionando.

do. Nec recidivum fore multò vereor; utcunque enim omni candore et comitate carens horret inamabile quiddam, non semper tamen, neque magnopere, desipit.

Reliquum est ut respondeam cavillationibus, quae medico pöesin vertenti aut contrectanti a fordidis, insubidis, superciliosis, et a vulgo fortè medentùm possint injici: ab optimatibus enim medicorum philosophicis, et eruditioribus, quales verè medicos, magni aestimo, maledictiones istiusmodi minimè promoventur. Satis autem praevideo, quòd minùs ingenuorum unus aut alter, austero et sapienti, quoad possit, vultu compositus, et curulis, si dñs placet, pedestrem fastidiosè despiciens, me ludibundi aut levissimi arguet ingenii, non multa tuenti sagacitate, non rugosâ experienciâ praeditum: dum speciem severioris studii, et scientiae profundissimae, prae se fert, tantùm beatus, quantum escâ tali, aurea, queis inhiat continuò, sui impotens, sibi irretiat. Sic trahit sua quemque voluptas, diversae equidem dissimiles. Satis enim liquet omnes meliore luto, qui non ad rem unicè nummariam, odore lucri perpetuò inescati sunt, quandam sibi asciscere sui otii oblectationem, et quasi polituram. Hic ingenito amore literarum, et omni scientiâ insignis; cujuscunque porrò artis ingenuae munificus fautor, libros, numismata, statuas, picturas, et pretiosas quascunque antiquitatis exuvias, non mercatur, sed, pro re lautâ, largus animi comparat, in aliorum oblectamentum (quod sibi ipsi volupe esse gratissimus attestor) exquisitissima artium monimenta et opificia commonstrans. Ille, quicquid ex imis terrae visceribus eruitur, lapillos diversos et discoloros, metalla, metallorum recrementa, cuncta denique fossilia; rarissima quaeque et pulcherrima insecta, quae ex aquâ et terrâ constans hic orbis alit; ex terris quaecunque virent et vigent, muscos, herbas, fructus, frutices; intus ipso quae vegetant oceano, arbores et herbâs marinas, multigenas; quae pelagus in litora evomit et sternit, conchyliâ, testas multiformes et multicolores, in quibus eximiè varians natura ad luxuriam usque ludit: Haec omnia, inquam, et particulatim innumera, ille undè undè colligit, coemit, et ordinatim pulcherrimè disponit, ipsis exhibiturus principibus quàm miranda quidem specimina divitiarum et varietatis fictricis na-

turae. Alius foccatam non dedignatur musam, salibus scatentem, in spississimisque theatris plurimum fessoribus risum, sibi plausum, conciliat: Dum alter in edendis et enodandis veteribus demeretur recentes. Quidni ergo quintus, quanquam longè minimus, pœtam et philosophum recentem, quali perlecto gauderent veteres, in priscam et stabilitam linguam transferre contenderet? Non ego tantam mihi credo eruditionem, sagacitatem, vel experientiam, ut sperem a ferme ignoto multos arcessere suae salutis praesidium: ut quererem aut inviderem, quòd plurimis meritissimò celebrioribus conservatio vitae, quae mortalibus, (heu! parùm prospicientibus) tanti videtur, prudentissimè confisa est. Deinde artes, assentatiunculas, et sui venditationes, quibus nonnulli, diversâ prorsus indole, sibi fautores asciscunt, fortè nimium, contra quàm mos est, negleximus; ea quippe rati, quae homini non valde improbo, non impudentiori, neque invido malè congruerent, ne-tiquam decuissè medicum. Nimio plus quàm vellem hinc fortè vacat, et delicias mihi *Popio* uberrimè infusas lubuit, modò licebat, quodammodo transfretare. Licebat periclitari tamen; utque tabellarum navis onerariae stylus est, laetis abeat auspiciis navicula securè in portum! Unicè benevolentem habes, qui sibi te superstitem velit, cras fortè progressuro, unde regressus nemini mortalium conceditur.



ERRATA.

In praefatione, P. iv, L. ix, pro nodn fiducia, lege non fiducia. P. 5, L. 90, pro fausti, lege fausta. P. 13, L. 280, dele et. P. 34, L. 170, pro natura, lege naturâ. P. 80, L. 482 ad finem, lege annum. P. 105, L. 296, pro quamtùm, lege quantùm.

SCHEMA POPIANUM

*Primae hujus Epistolae editioni primae et anonymae
praeifixum.*

DE moribus et vitâ hominum pauca disserturus, qualia, ut nobilissimus loquitur VERULAMIUS, hominum mentes et meditationes interiùs occupent, satius et acceptius ducebam hominem in abstracto, quod aiunt dialectici, et naturam et statum ejus contemplando ordiri: quandoquidem morale aliquod stabilire officium, morale quoddam corroborare praeceptum, aut perfectionem aut imperfectionem cujuslibet animantis rectiùs indagare, imprimis exquirendum est, quali in conditione et relatione quoad alia locatur, et quale ejus existentiae peculiare propositum et scopus extat.

Naturae etenim humanae scientia, cum reliquis, ad pauca et manifesta quaedam puncta faciliè reducitur. Mortales certa vera nisi pauca sapimus. Denique pariter in mentis analyfi, ac in corporis anatomico contigit, majora humano generi beneficia illuxisse, partes et venas majores, patentiores et faciliùs investigandas assequendo, quàm scrutando nervos exiliores, et vasa exiguissima, quorum extremae conformationes, et usus omnigeni, sudores et studia perseverantissima eludent. De his nihilominus solis argumenta fiunt, quamvis edicere auisim, haec hominum solertiam minùs exacuisse, quam illorum pectora sibi invicem exacerbâsse: dum satis superque liquet, quòd istiusmodi disceptationes bonorum exercitationem morum multò magis impediunt, quàm vel meram eorum speculationem promovent. Si sperare fas esset aliquantulum huic coepto meriti, mihi constare videtur, inter extrema opinionum, in speciem repugnantium, cursum moliendo: dum temperatum quoddam, at non incongruens; dum concisum, at minimè mancum ethicorum systema exhibere a veo.

S C H E M A.

Tali sanè proposito prosa sufficere poterit; metrum autem, quini-
mo rhythmum etiam duabus de causis seligebam. Prima in confesso
est, satis enim constat principia aut axiomata, carmine donata, lectori
imprimis vividiore cum impetu illuxisse, et memoriâ denuo retineri
faciliùs. Altera levior forsân, et singularis haberi potest, sed vera est.
Expertus enim sum, quòd ejusmodi in versu, brevius quàm in ipso
sermone soluto, exprimere valebam; et nihil hòc sanè manifestius,
brevitatem non minimas venustates et vires argumentis aut institutio-
nibus insuper inferre. Hanc argumenti partem singulatim magis trac-
tare nequibam, ne exilis et pigrior viderer; neque magis pœticè, nisi
perspicuitatem, decorandi gratiâ, negligere; nisi a definitis materiæ
terminis devius vagarer, et ratiocinandi catenam aliquatenus inter-
rumperem. Cuncta hæc ita connectenti, ut ne cuilibet eorum inju-
ria fiat, palmam, mihi quidem immeritam, lubenter adjudico.

Opusculum hæcenus evulgatum pro generali tantùm chartâ de Ho-
mine habendum est, quæ exteriores lineas et partes, earumque am-
plitudinem, limites, et connexiones tantummodo denotat. Reliqua
speciatim assequi subsequentiū erit. Quocirca harumcè epistolarum
progressus, dummodo otium cum salute progressum concedat, fortè
minùs erit jejunos; utpote qui ornamenta pœseos faciliùs admittat.
Hic tantùm recludere fontes, et meatum expedire, satago. Deducere
rivos, eorumque lapsus et maeandros investigando assequi, et effectus
exinde oriundos pleniùs indagare, pensum jucundius videtur.



T E N T A M E N
D E
H O M I N E.

EPISTOLA PRIMA.

A R G U M E N T U M.

De naturâ et statu hominis quoad universum.

DE Homine in abstracto.—I. Quod judicare tantum possumus quoad nostrum et proprium systema, ignari quippe de systematum et rerum relationibus, v. 17, &c. II. Hominem non habendum esse imperfectum, pro essentiâ autem habendum proprio suo loco et classi in creatione aptatâ, juxta generalem rerum ordinem, et propositis et relationibus sibi ignotis congruenti, v. 37, &c. III. Quod partim de ignoratione suâ futuri, et futurae spe vitae, omnis sua felicitas in praesenti pendet, v. 80, &c. IV. Ulterioris notitiae ambitio et sitis, et majoris perfectionis arrogantia, errorum et miseriarum humani generis causae sunt. Impietas in locum Numinis semet obtrudendi, et dijudicandi de habilitate aut inconcinnitate, perfectione aut imperfectione, justitiâ aut injustitiâ ejus dispensationum, v. 112, &c. V. Insultitas ponendi semet pro finali creationis causâ, et expectandi tantam perfectionem in mundo morali, quanta in naturali nedum obtinuit, v. 135, &c. VI. Iniquitas et ineptia sua divinam providentiam incusandi, dum perfectiones angelorum et corporeas brutorum dotes in se coalescere postulat; quamvis facultatum sensitivarum gradus exquisitior se miserum redderet, v. 177, &c. VII. Quod per totum mundum visibilem ordo quidam et gradatio universa servantur in facultatibus sensûs et animi, unde animal animali subjicitur, et cuncta homini. Gradationes sensûs, instinctûs, cogitandi, revolvendi, et ratiocinandi; et quod ipsa ratio ob reliquas compensat facultates, v. 211, &c. VIII. Quantum ulterius hic ordo et haec

subjectio animantium extendere possint supra et infra hominem; quorum si pars quaelibet infracta esset, non ipsam solum, sed mundum universum connexum necessario pessum ire, v. 236, &c. IX. Stultitia, insania, et superbia istiusmodi votorum, v. 255, &c. X. Quae exinde sequuntur, nempe omnigenam submissionem Providentiae debitam, quoad statum nostrum praesentem et futurum, v. 286, &c. ad finem usque.

- O**! TANDEM exurgas, LAELI, neque cuncta morentur,
 Quae levis ambitio teneantque superbia regum.
 Vivere quando parùm est praeter spectare morique,
 Hanc finuosam hominis scenam lustremus, ut amplam,
 5 Haud sine filo aptè vestigia nostra regenti;
 Incultam, viles ubi miscent floribus herbae,
 Aut fensum vetitis stimulantem fructibus hortum.
 Nos simul hoc ingens arvum indagando, sciamus,
 Quid nemus umbrosum, valles, et aperta ministrant;
 10 Cernentes serpunt caecis quà affectibus acti,
 Et juga quanta audet malè mentis acumine fretus.
 Naturae penetrare vias, simul atque volantem
 Figere stultitiam, mores liceatque repertos,
 Quales sponte micant, sectarier arte sagaci;
 15 Ridentes, ubi ridendum est, candoris amantes,
 Acta Dei erga homines ratio dum comprobat aequa.
 I. PRIMUM, deve Deo, coelos moderante superno,
 Deve homine hìc coelos subter versante, quid aptè
 Inferre est, nisi per nota et manifesta que nobis?
 20 Quae data sunt hominum hanc praeter scenamque statumque

- Arguere unde probè valeas, ad quaeve referras?
Orbis innumeris quanquam Deus eminet amplis,
Est nostrum ex nostro solùm scrutarier ipsum.
Rimari immensum qui plenè sufficit, atque
25 Diversos orbis magnum componere totum
Percipit, ac mirè systemata mente capaci
Juncta videt, non indiscreta, aliasque planetas
Ordine circum alios sublimi volvere soles,
Et quale ens varium varias colit undique stellas,
30 Solvat item, tales cur nos velit atque creavit
Omnipotens. Mundi ast statioque et munera nostri,
Firmi connexus, permulta gradatio, toti
Qualiter aptetur, quantum dependeat atque
Exactè de toto, animo haec patuere capaci
35 Ritè tuo, aut cuncti pars parvula cuncta capeffis?
Est equidem magnum quod nexuit omnia vinculum,
Et quod nexa tenet vel te, vel numine, ductum?
II. Ausus homo nimium! causas si noscere velles,
Quae te tam fragilem, tenuem, statuereque caecum,
40 Haec magè difficilis pateat tibi causa priusquam,
Cur neque debilior, levior, neque caecior effes!
Cur vigeat quercus, terrestris, consule terram,
Firmior usque herbis quot celsa et grandis obumbrat.
Arva vel argenti picta auro quaere superna,
45 Forma satellitibus cur parva est, splendor et istis
Prae Jovis obscurus coelos radiante per astro.

- Inter quae fieri possint systemata, si nos
Infinita damus sapientia seligat aptum
Quod magis est, cui nil deerit, ne chasmata foedent,
50 Omne quod ascendit gradibusque ascenderet aequis;
Tunc, scalâ in vitae quae fentiat, ordo necessum
Extans, qualis homo est, spatii partem occupet ampli:
Denique tantum obstans quaerat, si, numine ab ipso,
Sedibus in propriis, et rectâ in classe locatur.
- 55 Quae, genus humanum spectando, vocantur iniqua,
Aequa procul dubio videas, si cuncta videres.
Ars et opusque virum, multo sudore paranda,
Mille sibi efficiunt vix finem motibus unum;
Proposito coeli vel nutus sufficit, atque
60 Saepius ultro alium pariter conducit in usum.
Sic homo, qui princeps hoc solus in orbe videtur,
Fortè, quod ignorat, bene culto infervit astro;
Fortè rotam vergit, certamve accedere metam,
Partem mortales tantum, non cuncta, videmus.
- 65 Cum generosus equus causam dignoscere callet,
Cur ipsum accelerant homines, celeremque coercent;
Bos simul ac stupidus sudore quid atterit agros,
Victima cur nunc est, nunc Nilum numen ad alium;
Tunc humana etiam fastusque hebetudoque cernant
70 Qualem usum affectus animi, vita, acta virorum
In finemque ruunt;
Cur agit et patitur, restrictus et incitus; unde

Nunc ut verna humilis, nunc laetus ut incola coeli.

Imperfectum deinde hominem, aut culpabile Numen,

75 Rere parùm; potiùs quin affere, quanta decebat
Huic statui atque loco, perfectio contigit illi,
Momentum est aetas cujus, cuique area punctum.
Sin aliquo tandem fuerit perfectus in orbe,
Quid refert, citiùs sitve hìc, seu ferìus illic?

80 Namque beati hodie tam plenè amplèque beantur,
Quàm retro hinc decimum quoscunque beaverat aevum.

III. OMNE sui folium fati DEUS omnibus abdit,

Pagina praesentis tantùm stationis aperta est;

Brutis quale viri, atque viris quanta angelus audit,

85 Neve aliter multos praevisam admittere vitam.

Quem tua luxuries mox caedi destinat agnum.

Luderet, imbutus ratione pavoreque cultri?

Procinctu mortis fragrantès appetit herbas,

Atque manum lambit sublatam effundere vitam.

90 O Divùm bonitas! inscitia fausti futuri,

Possumus unde, alacres, cursus complere statutos

Numine, qui cernit, cunctorum aequissimus auctor,

Passeris immotus mortemve heroave caesum;

Nunc atomos et mox systemata sparsa ruinis,

95 Nunc mundum, atque statim spumae vanescere sphaeram.

Speres ergo humilis, pennis trepidantibus audens,

Et venerare Deum, mortemque maneto docentem!

Gaudia quae fierint tibi non praenoscerè donat,

Spem dedit híc etiam gaudenti mente fruendam.

100 Nascitur aeternùm spes alma, et pectora lenit;
 Neve beatus homo est, est olim ast usque beandus:
 Spiritus, impatiens humani carceris, aptum
 Nititur in spatium, ac aeternam vivere vitam.

Doctrinâ et nummis en! nudus et artibus Indus!

105 Numinis ut vocem ventos, et nubila vestes
 Qui ponit; non illi inflata scientia vexit
 Solis ad usque vias, aut lactea sidera mentem;
 Spem tamen huic coeli simplex natura paravit,
 Quod fatís est, ultra nimbosa cacumina montis:

110 Tutus, ait, locus est, in filvis fortè profundis,
 Insula vel quaedam felicior infita ponto,
 Quà repetant capti patriam, non daemones angunt,
 Neve rapax aurum fitiit veneratus IESUM!
 Sufficit ESSE sibi, contento ut nuncius alas

113 Divinus teneat, flammamque et Seraphus almam;
 Quin aequum reputat quum talem intrârit Olympum,
 Coelicolasque canem sibi fidum admittere justos.

IV. QUIN age, plus sapiens, propriâ rationeque fretus,
 Acre tuum certet divo moderamine mundi

120 Judicium; nec quae reputabis iniqua fileto,
 Arguens, his nimium praebet, paucissima at illis:
 Exitio ludas, animal tua dissipet omne
 Luxuries; sin faustus homo malè, numen iniquum
 Appelles; is si non solus munera coeli

Ep. I. De H O M I N E.

7

- 125 Possidet, hoc perfectus in orbe, perennis in alto,
Numine diripias trutinamque statimque flagellum,
Justitiaeque ejus judex, deus ipse Deique.
Ex disceptanti fastu fit plurimus error,
Sphaeram omnes propriam temnunt, et ad aethera turgent.
- 130 Semper enim fastus sibi numinis afferit aedes,
Vult homo coelestis properè, coelestis et esse
Omnipotens; hi sin tantâ ambitione cadebant,
Quisquis te aequiparas coelestibus esto rebellis:
Quinimo quisquis avet pulchras invertere leges
- 135 Ordinis, hic etiam Supremum peccat in ipsum.
V. Si quaeris cur astra micant, cui servit hic orbis,
Fastus ait subitò, “ Mea sunt, mihi laeta ministrant:
“ Exerit alma mihi vires natura benignas,
“ Nutrit latè herbas, et flores explicat omnes:
- 140 “ Nunc rosa, nunc vitis, me propter, foeta per annos
“ Fragrantes spirat rores, et nectare turget:
“ Mille fodina mihi thesauros condit abundans;
“ Mille mihi fervent fontes * manare salutem.
“ Aequora me volvunt; sol surgit ut ipse viderem;
- 145 “ Calco solum, vertex mihi coeli est fornice cinctus.”
Proposito verùm hoc naturane defuit almo,
Sol quoties febres, et livida fata vibravit?
Quando procella ruens submergit in aequore gentes,
Aut concussa vorat communi terra sepulchro

* Sic Ovid: — Lacrymas etiamnum marmora manant. *Met.* vi, 312.

- 150 Oppida? ais, " Minimè, nam summa aeternaue causa
 " Legibus haud agitat, quae partem, quinimo totum
 " Spectant, pauca adimas, quid erat mutabile semper,
 " Nil quia perfectè productum, et cur homo debet?"
 Si certò positum est hominum genus esse beandum,
 155 Tunc natura (homines quid possint!) ipsa deerrat.
 Hoc constantem aequè cursum sibi solis et imbris
 Postulet, ac votis homines constantibus actos;
 Ver tantùm aeternum, vacuamque et nubibus aethram,
 Quantùm homines semper prudentes et moderatos.
- 160 Propositum coeli si pestes neve procellae
 Impediant, quid tunc Catilina aut Borgia laedat?
 Ille sapit solus, manibus qui fulgura format,
 Oceanum tollens, qui ventos instruit alis;
 Ambitione animum qui accendit Caesaris altum,
- 165 Gentibus aut donat juvenilem Ammonia flagellum.
 Diximus ex fastu argumenta venire virorum,
 Moribus orta probes ratione parique creata:
 Liberat his quianam coelos qui postulat illis?
 Recta monet ratio sapiens submittat utrisque.
- 170 Nobis fors meliùs videatur, ut undique virtus
 Regnaret, cunctasque beans concordia gentes;
 Aëre ut immoto ventis mare somniat altum;
 Humanosque animos ut nulla pathemata verrant:
 Lite elementorum quin certiùs omnia constant;
- 175 Et motus animi sunt vitae elementa virorum.

Qualis principio rerum sibi constitit ordo,
 Observant talem natura animique virorum.

- VI. QUID sibi vellet homo hic? ardens viden' audet in auras,
 Angelus et tantum non, major hic esse requirit ;
- 180 Mox, infra spectans, moeret, quia deficit ipsi
 Vis tauri quanta est, hirsutum tergo et urfi.
 Sin servire sibi vel cuncta creata vocabit,
 Quisnam his usus erit, si munera possidet ipse
 Solus cunctorum? his etiam natura benigna,
- 185 Quod satis est, formam aptam, et idonea munera dixit ;
 Defectus, si quos reposes, pensantur abundè,
 Debile sic pedibus, sic tardum robore pollet ;
 Nec temerè, haec trutinâ quoniam librantur in aequâ,
 De queis nil adimas, et queis nil addere possis.
- 190 Omne aliud vivens propriâ quum forte beatur,
 Solus homo poterit sibi dicere Numen iniquum?
 Solus et eximium qualem ex ratione sonamus,
 Omnia despiciet, teneat nisi cuncta superbus?
- Laeta quies hominum (si hanc nôsse superbia sivit)
- 195 Haud supra humanas vires niti aut meditari est ;
 Corporeas dotes, neque mentis habere, nisi illas,
 Quas statio et natura ferant, quasque induat aptè.
 Cur microscopicum nemo jactavit ocellum?
 Obvia causa patet, quod vir non musca fit ; atqui
- 200 Quale ferat lucrum subtilior atque minutus
 Visus, quo minima inspiciat, non concava coeli?

- Seu tactu fuerit nimiùm tremebundus acuto,
 Ex minimo flatu minimisque meatibus horrens?
 Aut cita si cerebrum stimulis corpuscula pungant,
 205 Atque rosa inspiret fragranti vulnere mortem?
 Si minùs obductas subito tonuisset in aures
 Sphaerarum harmonia, et fremebundaque musica mundi,
 Quàm vellet coelum sibi vix majora sonaret
 Murmura quam lenis zephyri, rivumque loquacem!
 210 O! quis non cernat mundum benè numine gestum,
 Concessis pariterque bono et sapiente negatis!
 VII. ORDINE quantùm amplo est porrectum immanè creatum,
 Tantùm scala animi sensûs variataque scandit:
 Ipse advorte gradus homines queis surgit ad altos,
 215 Millibus a variis habitato in gramine pictis:
 In multùm oppositis ut vis variatur ocelli,
 Talpa fere caecus, penetranti lumine lynx est:
 Obtusas rabidae nares habuere leaenae,
 Prae cane, non visae per gramina tacta sagaci
 220 Praedae; quotque modi auditûs a flumine natis,
 Usque ad aves vernâ solitos cecinisse sub umbrâ:
 Subtilis quantùm peracutae tactus Arachnes!
 Linea cui vita est, dum filo sentit in omni:
 Qualis sensus apum mirus, subtiliter aptus,
 225 Ex deleteriis mel fanans elicit herbis:
 Instinctus variant ut porco in turpiter udo,
 Teque, elephas, mediâ rationis parte referto:

- Hunc ratione ipsâ quàm parvula dividit ora ;
 Distinguens semper, minimo tamen intervallo !
- 230 Vïs animi memor atque revolvens quomodo jungunt ;
 Et cerebri species tenui quàm limite sensu
 Semotae ; mediae quàm ferme adjungere certant
 Naturae, quamvis ripa insuperabilis obstat.
 His sine libratis gradibus subjecta jacerent
- 235 Haec istis, et cuncta tibi ? cum dirigis ipse
 Munera cunctorum, ratio cuncta estne potestas ?
- VIII. AERE nonne vides, pelago, terrâ undique totam
 Materiem foetam, vivoque tumescere motu ?
 Nos supra quantum potis est ascendere vita !
- 240 Circum, quàm late ! quantum descendat et infra !
 Vasta entis series, quae aeterno a numine coepat,
 Naturae aetherae, humanae, tanquam angelus et vir,
 Bestiae, aves, pisces, reptantia, qualia visum
 Effugiunt, artes visum luduntque juvantes,
- 245 Sic a Infinito graditur tibi, et ad nihil a te !
 Si valuimus enim certando impellere classẽ
 Supra nos, eadem lex mox finat inferiorem
 Huic supplere vicem, ne in plenis rite creatis
 Sit vacuum horrendum ; atque gradu si deficit uno,
- 250 Chasmate hiante ullo, magna undique scala labascit :
 Naturae nodum demas quemcunque catenâ,
 Solvit, fit decimus, decies millesimus, aequè.

- Sin ita concessum est systemata singula volvunt,
 Ut miro inde fluant vis et concordia toti;
 255 Si malè confusum quoddam est, non sentiat illud
 Solùm, participant quin caetera cuncta ruinam.
 Haud librata suo saliat de tramite terra,
 Legibus, imo ruant, ruptis, sol, luna, planetae;
 Cuncti sphaerarum custodes praecipitentur,
 260 Obruta fiant entibus entia, et orbibus orbis;
 Totius in centrum trepident fundamina coeli,
 Dum naturae horror fere numinis incutit arces:
 Cui tamen haec series cedet veneranda? — tibine
 Reptanti! — Oh impietas! infania! fastus!
 265 IX. Si pes designatus humo, aut manus apta labori,
 Ardeat esse caput? Quid si caput, auris, ocellus,
 Quilibet invitus fungi quasi machina tantùm,
 Invideat menti imperium? nedum hoc magis esset
 Absurdum, quàm si quoddam ens, vel pars, operetur
 270 Esse aliud, non ipsum id, in apto hoc ordine rerum:
 Absurdum pariter pensa aut doluisse labores,
 Omnia quae magnâ statuuntur mente regenti.
 Unius, aeternùm mirandique, omnia partes,
 Cui corpus natura, animus DEUS ipse fatendus;
 275 Qui per res omnes diversus, in omnibus idem,
 Tantus item in terrâ, coelesti quantus in arce est;
 Ipse in sole foveat, dulci demulcet in aurâ,
 Sideribusque micans florescit in arbore cunctâ;

Quà vita est vivit, spatium usque extendit in omne,
 280 Indivisus, ubique est, et semper agitque quiescens;
 Spirat nostrum animis, mortali in parte gubernat,
 Perfectus pariter corde ipso, unoque capillo;
 In moesto vilique viro tam plenus et amplus,
 Quàm in Seraphim, mediis qui flammis cinctus adorat:
 285 Est sibi nil magnum parvumve, altumve vel imum,
 Terminat ac implet, connectit et omnia adaequat.

X. TOLLE querelam igitur, nec qualis ab ordine splendet,
 Argue, prave, flatum: carpis tua commoda caecus.
 Nosce tibi punctum; defectus hosce benignos
 290 Corporis atque animi dedit indulgentia coeli.
 Cede lubens — demum hoc, aliquo vel certus in orbe,
 Te fore felicem, quantum sufferre valebis:
 Tutus enim in manibus folius numinis ipse
 Et natali horâ es, trepidanti et tempore mortis.
 295 Tota est natura ars, quam non cognoveris; omne,
 Quod casum reputas, intentio, teque latebit:
 Diffona quae tibi sunt, sunt consona quae inscius audis;
 Omne malum in parte est, quâ spectat cuncta, benignum:
 Lubrica quicquid enim ratio, quid factus et obstant,
 300 Hoc liquet, hoc verum est, “ Quae sunt, sunt omnia rectè.”

EPISTOLA SECUNDA.

ARGUMENTUM.

De naturá et statu hominis quoad seipsum, ut individuum.

- I. **OFFICIUM** hominis est, haud Deum, at seipsum omnino, scrutari. *Media ejus natura, potestates, et defectus, v. 1 ad 19. Limites facultatum ejus, v. 19, &c. II. Duo hominum principia, nempe Amor sui et Ratio, utraque necessaria, v. 56, &c. Amor sui validior, et quare, v. 70, &c. Finis autem eorum unus et consimilis, v. 84, &c. III. Animi affectus et eorum usus, v. 97 ad 137. Motus animi dominantior, ejusque vires, v. 138 ad 165. Ejusdem item necessitudo et utilitas, quòd diversos in diversa impellit, v. 170, &c. Ejus designatus a Deo usus, in nostrum figendo principium, et nostram determinando virtutem, v. 182, &c. IV. Virtus cum vitio mediae hominis naturae immista, quorum termini prope se invicem accedunt, utrisque tamen discretis, et seorsim manifestis---Officium rationis, v. 187 ad 224. V. Quàm horrendum est ex se vitium, et quomodo in ejus assuetudinem nobismet abutimur, v. 225. VI. Quod nihilominus, providentiae propositis et communi bono affectus nostri et infirmitates inserviunt, v. 240, &c. Quàm commodè ea, vel omni virorum classi, distribuuntur, v. 250, &c. Quantum accommodantur societati, v. 259. Individuisque viris, v. 274, &c. In unoquoque statu, et per omne vitae stadium, v. 282, &c. ad finem.*

I. **S**CANDERE tunc Numen tremebundus nosce *te ipsum;
 Est homo praecipuè studium mortalibus aptum.
 Ordo sibi medius, mediaeque hoc fortis in isthmo

* Defectus synalephae more Graecorum, qualem *Virgilius* saepius admittit.

Nomen et arva locum servant, te amice nequivi

Conspicere —

Aen. vi. 507.

- Magnus, itemque rudis, sapit usque crepuscula rerum :
- 5 Percipiens multò nimiùm ne Scepticus effet,
 Neve fatis constans, quò Stoïca competat illi
 Vis jaçtata animi ; sed fluctuat inter utrumque,
 Haerens necne ageret, sit terrae affinis an astris ;
 Haerens anteferat mentem corpusve, moriri *
- 10 Natus, multa dein disceptans plurimus errat ;
 Inscius is pariter, ratio sibi talis inhaeret,
 Cogitat an nimiùm vel non fatis ; undique mentem
 Commotus, varioque incerto ac more putandi
 Distractus, semetve docet, vel decipit ipsum :
- 15 Assiduè partim cecidisse et surgere partim
 Effictus, dominus cunctorum et praedaque cunctis :
 Arbiter et solus veri, atque erroribus altis
 Actus, gloria item ludusque aenigmaque mundi.
- Mirum perge animans quò te alta scientia ducit,
- 20 Menses terram, pende aëra, solve refluxus
 Et fluxus pelagi, cursus praescribe planetis ;
 Corrige longaeuum tempus, moderareque solem :
 In coelum empyreum vel cum Platone volandum,
 Ad primumque bonum, et perfectum, ipsumque venustum :
- 25 Vel sinuosa premas ejus vestigia sectae,
 Et quantum fugias sensum, tantum tibi ponas,
 Quae dedit hos sensus, supremam imitabere causam.
 Qualiter eöus, solem simulare, sacerdos

* Quà terminatione infinitivâ ejusdem verbi utitur *Ovidius* :
 ——— mortemque timens, cupidusque moriri *Met. Lib. xiv, 215.*

Ridendis agitur gyris, et vertice nutat,

30 Dirige sufficiens summa ut sapientia regnet ———

Decide tunc in te minimum, discedeque stultus.

Entia cum inspicerent nuper coelestia natum

Ex nostris cunctas naturae exponere leges,

Sunt mirata hominis quòd tanta scientia fulsit

35 Ex formâ, utque viros simulat quia simius, illum

Indigitamus, eo more haec monstrâre NEWTONUM.

Ipse autem rapidae cursum scripsisse cometae

Versutus potuit propriae sibi pingere mentis

Vel fabricam minimamve rotam? Qui cernerit ejus

40 Hic sursum volitare ignes, descendere et illic,

Quaeso sui potuit fontem conscireve finem?

Eheu! quid mirum est, hominis natura superna

Scandere rite potest, artesque attingere multas:

Sed voluit quoties semet scrutarier, ipsi

45 Obscurant motus animi ratione reperta.

Haec tibi spectanti esto scientia culta pudenter;

Exue primùm ejus phaleras variasque superbasque;

Ornamenta etiam cuncta ambitiosa recidas,

Luxuriam doctrinae equidem, nugaeve decentes;

50 Sive dolos vires animi ostentare virorum,

Scitas delicias, vel quas solertia curet:

Aut dele totum, aut absconde superflua saltem

Horum, quae ex vitiis hominum extenduntur in artes;

Mox tibi mirandum quantilla scientia faec'lis

55 Serviit elapsis! quantilla futura beabit!

II. PRINCIPIS regitur geminis natura virorum;

Fraena tenet ratio, stimulatque philautia adurgens;

Neve malam hanc, nedumve bonam ex se dicimus illam,

Munus utrique suum, cuncta haec movet, illa gubernat;

60 Viribus in quorum conductis rite locamus

Omne bonum, cunctumque malum est quod aguntur iniquè.

Urget deinde animum spiratque philautia motum;

Dum ratio confert, librat, totumque gubernat:

Vir privatus eâ se tendere nollet in actum, et

65 Hâc plane extinctâ malè cederet actio in usum;

Aut velut herba effret proprium defixus ad agrum,

Nutriti tantum, parere atque putrescere natus;

Aut, vaga flamma velut, per inane incenderet exlex,

Perdens quosque alios, a se quoque perditus ipse.

70 Principium instigans vires sibi postulat amplas,

Nam pensum activum huic, impellit, spirat et urget.

Sedatum estque sagax, quod comparat atque tuetur,

Quò moneat, cohibens; et, quò deliberet, aptum.

Prope objecta ejus, philautia id acrior urit;

75 Quin semper ratio ventura supremaque spectat:

Gratum in praesenti praesenti ea percipit aestu;

Prospicit at ratio finemque bonumque futurum.

Crebrius illecebrae, raro argumenta feruntur,

Haec magis invigilant, fere debiliora sed istis.

80 Ut malè praevalidi poteris suspendere vires,

Pro sancto ratio tibi fiat et usque verenda :
 Hinc habitus faciles, hinc experientia crescunt,
 Queis ratio viget, atque quibus philautia ducta est.

Subtiles cum se scholasticæ hos cernere amicos

85 (Sejunxisse magis quam conciliaſſe parati)
 Edoceant ; præceps, solertia tortaque clâmet
 Istorum, quantum virtuti gratia, sensus
 Discrepat et quantum rationi ; nempe frequenter
 Solertes, tanquam fatui, de nomine certant,
 90 Nil vel idemque volunt, bene cum scrutabere litem.

Nam ratio finem petit atque philautia eandem,
 Ambo voluptatem cupiunt, fugiuntque dolores ;
 Haec avidè verò sibi mox objecta voraret ;
 Mel ratio libare velit, neque perdere florem ;

95 Nempe voluptatem, bene quæ spectata, parumve,
 Nobis summa bona, aut suprema incommoda, profert.

III. QUODQUE pathema modum diversum nosmet amandi

Apellemus, eò, quod quæ bona suntve videnturve
 Haecce regunt ; sed quum omne bonum non participandum est,
 100 Nosque docet ratio nostrum curare, faventes
 Ut sibimet motus animi, candore sed acti,
 Militiam exercent, et sub ratione merentur.
 Qui tendunt prodesse aliis, spirantque supernum,
 Quarundam evecti virtutum nomina sumunt.
 105 Stöica gens tumeat, sua quod firmatur inerti
 Apathiâ virtus, ceu frigore firma quiescit,

- Arcta quidem, in proprio tantum sibi pectore fensa;
 Sed vires animi peragenda, haud otia, quaerunt.
 Orta procella animum commovit in acta vigentem,
 110 Ut nimis exagitet partem, totum usque tuetur.
 Quàm diversum iter est immensa per aequora vitae,
 Nautica quàm ratio charta est, pathemata venti:
 Nec solùm Omnipotens sedata per aethera regnat,
 Turbinis accelerat rabiem, graditurque per auras.
 115 Tanquam elementa, animi motus contendere nati,
 Blandè autem mixti coeunt in numine fictis:
 Hos moderari ergo fatis est, hisque aptiùs uti,
 Sed quae componunt homines homo perdere pollet?
 Se ratio demum naturae in tramite verset,
 120 Hos regat et societ, Numenque sequatur et illam.
 Gaudia, spes et amor, genuit quae blanda voluptas,
 Moeror itemque odium atque metus, foetura doloris,
 Arte quidem mixta et gradibusque coercita rectis
 Efficiunt animi servant libramen et aptum;
 125 Lumina itemque umbras, quorum discordia concors
 Exhibeat varios vultus vitae atque colores.
 Usque voluptates adsunt, vel imagine saltem,
 Prospiciuntur enim quoties petiere recessus;
 Carpere praesentem, et semper reperire futuras,
 130 Exercent penitus viresque animosque virorum.
 Singula quaeque trahit, variae non viribus aequis,
 Nam varii sensus diversa objecta peribunt;

- Hinc diverſa magiſve miniſve pathemata pungant,
 Organa prout fuerint quae infirma aut vivida cuique ;
- 135 Hinc quoque praevalidum pathema in pectore quoddam,
 Anguis ut Aaronis, malè caetera forbet iniquum.
 Sicut homo, forſan, momento quo aethera ſpirat,
 Principium latitans, longinquae ut mortis, inhalet ;
 Morbus adhuc infans, olim victurus alentem,
- 140 Pubere pubeſcitque vigore virique vigeſcit :
 Immiſtum pariter naturam corpus et intus,
 Morbus item mentis, dominans pathema ſubivit :
 Omnia quae debent vitalia paſcere totum :
 Huic ſubitò accedunt, per mentem immiſſaque corpus ::
- 145 Quae cor cunque urgent, cerebrum quodcunque replebit,
 Explicat ut mens ſe et ſibi munera latiùs adſint,
 Cuncta haec effingens, ſananti haud arte, facultas
 Attrahit, accenditque animi motum inde furentem.
 Naturâ hunc partum uſus nutrit, eundem
- 150 Spiritus, ingenium, dotefque in pejus acerbant ;
 Ex ratione ipſâ eſt acies majorque poteſtas,
 Acrius ut reddit jubar alnum ſolis acetum :
 Nos miſeri interea, quantumvis lege ligati,
 Debilis obſequimur quali haec regina favebit.
- 155 Ah! praeter leges, ſi non quoque ſuppetat arma,
 Commoda quanta ferat, nos iſtam edicere ſtultos ?
 Naturam hinc doceat lugere, haud fletere noſtram,
 Acriter incuſans quibus eſt infirmus amicus !

- Fortè aut caufidicus, vice judicis, occupet, illud
160 Quod volumus fuadens, quodque egimus arguat aequum ;
Parva, superba tamen, facili tumet ufque triumpho,
Affectus quoties ceffere potentibus aegri :
Sic ubi materies tumet in morbosa podagram,
Somnivit medicus quod multâ hanc expulit arte.
- 165 Semita naturae femper certè anteferenda est ;
Praefidium hîc ratio faltem, dux quamlibet impar :
Emendare animi, fed non delere, regentem
Audeat affectum, nequaquam pro hofte tenendum :
Ex majori etenim propenfio numine fervet,
- 170 Quod varios homines variè difponit agitque :
Sparfos latè aliis, levibus ceu flatibus actos,
Plurimus et constans hic certam impellit in oram.
Gloria, divitiaeve fcientia, five potestas,
Fortior aut placitet faepe hifce cupido quietis ;
- 175 Per vitam insequimur vitæ pretio atque peric'lis ;
Mercantûm labor, atque sophorum fpretio curae,
Demiffus monachusque, herosque, ut caede superbus,
Securum plaufû rationis fe augurat omnis.
- Quin potis elicuiſſe malo summâ arte benignum.
- 180 Hunc ſuper affectum, nobis quod dignius inſit,
Principium fundat : levitas ſic fixa virorum eſt,
Fortior et vegetat virtus noſtrâ indole mixta :

* Scoria consolidat nimiùm sublime quod esset,
Evadens aliter, sic mentem et corpus eundem

185 Juvit inire scopum, et finem concurrere in unum.

IV. Planta velut sterilis, curisque ingrata coloni,
Stipite sylvestri generat super insita fructus;
Praevalidae pariter virtutes rite vigescunt
Motibus ex animi, radices intus alente

190 Naturâ facili, non vi, non arte coactâ.

Quae seges ingenii, quantum probitatis abundat
Ex odio, livore, metuque, animoque tenaci!
Virtutisque vices obit ira et munera zeli;
Philosophum defes, prudentem imitatur avarus:

195 Ipsa libido, aliquos bene per colata meatus,
Blandus ut audit amor, nympharum † cunctaque vincit:
Livor item, fervit cui mens ignobilis, acer
Fortibus et doctis ut spiritus aemulus audit:
Nec virtus muliebris erit, virtusve virilis,

200 Quae non ex fastu florere pudoreve possit.

Sic natura dedit (licet hinc cohibereque fastum)
Virtutem est vitio qualis junctissima nostro;
Nam proclive malo ratio divertat in aequum,
Ut TITUS regeretque NERO, modò collibuisse.

* Primam hujus vocis syllabam latinè semel correptam, *Vir. in Cir. v. 249*, viz.
Sordibus et *scoria* patiar tabescere tali,
Producere sum ausus, quoniam ex Graeco *σκαρπια* quasi literatim derivatur. Neque
malè hic *Ainsworthus* annotavit, quod vel contra etymon primam corripuit, vel vo-
cem fortè fecit dissyllabicam.

† Sic *Horatius* per Hellenismum, — et cuncta terrarum subacta.

205 Ignea vis animi in CATILINA quàm horrida pulchra
 Fulget apud DECIUM, divinaque CURTIO inhaeret.
 Vergit ut ambitio, fervare aut perdere pollet,
 Poplicolam statuens verum, populive rapacem. u

Haec lucem tenebraeque chao permista virorum

210 Ecquid fecernat? Numen tibi mente repos'tum.
 Eventus generant similes systemate mundi
 Quaeque extrema extant, hominum quae mente suborta
 Celatos etiam femet junguntur in usus;

Limen at alterius * accedit utrumque vicissim,

215 Quod faciunt, pictis affabrè, lumen et umbrae;
 Saepe adeòque immista ruunt, ut cernere non quis
 Limite quo orditur vitium, virtusve recedit.

Interea fatui! certant qui hinc credere nullam
 Virtutem extare et vitiumque existere nullum.

220 Si nigrum cum albo mixtum est, coctum, atque coactum
 Mille modis, quaeso nigri nihil est, nihil albi?
 Caetera vix aequè constant, tibi consule pectus;
 Quisquis enim super his erraret fudet ut erret.

V. HORRENDUM est adeò vitium, deformeque monstrum,

225 Ut modò perspiceres odii fatis inferet; atqui
 Dum nimis aspicimus, pravâ assuetudine ducti,
 Imprimis sinimus, subitò miseremur, et inde
 Complexu excipimus nostro. Malè convenit autem
 De vitii extremis; ubinam septentrio quaeris,

* Penthemimeris, ut apud *Virgilium*,
 Omnia vincit amor, et nos cedamus amori.

- 230 *Eboraci* dicent, *Tuedae* est; *Caledonia* dicet
Orcades ad; demum rudis incola dicet earum,
Greenland vel *Zemblaë*, aut ubi dîs placet; illico cunctus
 Abstinet primas vitii sibi fumere sedes,
 Vicino decus hoc tribuitque libenter amico:
- 235 Imo plagam vitii mediamque meramque colentes
 Aut sensere parùm rabiem, nullamve fatentur:
 Temperie quodcunque horrent miti atque benignâ,
 Longùm hoc perpeffus canit incola squallidus aptum.
- VI. PRAVUS itemque probus planè extat quisque virorum,
- 240 Pauci summopere, omnes quâdam parte graduque;
 Improbus ad tempus stultusque probè et sapienter
 Se gerat, ipforumque bonos quandoque pudebit:
 Parte probum colimus, partim sequimurque nefandum,
 Sit vitium virtusve philautia dirigit usquam:
- 245 Quisque vir exoptat diversam accedere metam,
 Propositum coeli simplex totum usque tuetur:
 Adversatur idem levitatibus usque virorum;
 Frustraturque scopos vitii cujusque benignum:
 Defectus dedit hoc diversis classibus aptos,
- 250 Praesidium nuptae fastum, nymphisque pudorem:
 Impetus hinc ducibus, metus undique regna gerentùm,
 Vulgi multa fides, fiducia magnaue regum.
 Virtutum hoc fines valet ex levitate tenere,
 Commoda quae renuens, laudes, ut praemia ducit:
- 255 Hujus et auxilio demum est, quòd mentis egestas

Corporis atque hominum sic constituentur, ut inde
Humano generi pax, gaudia, gloria crescant.

Quin DEUS effingens alios pendere vicissim
Ex aliis ut heris, famulantibus, ut vel amicis,
260 Curat alius opem perfaepe quòd invocet alter,
Unius unde hominis fit egestas commoda multis.
Affectus animi, status hic infirmus, egenus
Arctiùs affociant, commune bonumque fovendo
Dulce jugum faciunt; veri his oriuntur amici,
265 His sincerus amor, percaraque gaudia vitae:
Discimus his autem, vitâ fugiente, caducis
Laetitiâ atque bonis et amore recedere, nedum
Pertristes, partim rationeque tabeque docti
Gratari letho, et placidè vanescere nugis.

270 Qualis erit cuicumque fitis, famaevae vel auri,
Notitiaevae, velit nullus mutarier ipsum
In sibi vicinum, nobismet quisque placemus.
Doctus erit felix naturae mira sequendo;
Stultus item felix, quòd nulla scientia turbat;
275 Dives ut est felix quem copia multa beavit!
Utque Dei curam semet solatur egenus.
Caecus agit choreas mendicus, mancus et oden
Concinit, est sibi rex delirus, et ebrius heros:
Spem prandet multi Alchymista famelicus auri,
280 Fallere se felix; sua vatem musa beavit.

- Quemque statum videas miro lenimine cinctum,
 Ut cunctisque detur vel amica superbia cunctis :
 Par viden' affectus diversis suppetit annis,
 Spes comes usque viae, nec morte relinquit in ipsâ.
 285 En! puerum blandâ naturae ex lege tenellum,
 Stramina cui risum moveant, crepitacula cordi :
 Viva, loquax, ludens res pubem invitat amantem,
 Quae, magis ut strepitet, rarò est prudentior istis :
 Ordo, periscelides, insignia, nummus, honores
 290 Maturum exercent; libri precibusque repleti et
 Fila etiam mulcent preculis distincta senectam :
 His tandem, ut reliquis, captusque et fessus abivit
 In fomnum, et clausa est pauperrima fabula vitae.
 Interea radiis auravit opinio mixtis
 295 Nubila picta dies decorârunt qualia nostros ;
 Quae te felicem defunt fecisse rependit
 Spes, dum factus alit plures rationis inanes :
 Haec tantùm instaurant quantùm experientia sternit ;
 Bullula laetitiae fallax spumosaque ridet
 300 Stultitiae usque scyphis, et inanis fallit inanes.
 Spem quâ decidimus sequitur nova; singula nedum
 Fit frustra levitas, quin ipsa philautia, ut arcta,
 Scala, volente Deo, est, callere quid alter egeret
 Per tibi quae defint. Hoc nosce agnosceque laetus,
 305 Quicquid ineptit homo, DEUS et sapit atque gubernat.

EPISTOLA TERTIA.

ARGUMENTUM.

De naturâ et statu hominis, quoad societatem.

- I. *MUNDUS* universus *systema unum societatis*, v. 7, &c. *Nihil penitus propter se, vel propter aliud effectum*, v. 27. *Animantium felicitas mutua et reciproca*, v. 50, &c. II. *Sitve ratio, sitve instinctus, utraque similiter contendunt in cuiuscunque bonum individui*, v. 79. *Utraque etiam in societatem operantur per omne genus animantium*, ad v. 109. III. *Quatenus societas instinctu promovetur*, v. 116. *Quantum ulterius ratione*, v. 132. IV. *De statu, quem naturae dicimus*, v. 148. *Ratio instinctu edocta in artium inventionem*, v. 170. *Et in diversis societatum formulis*, v. 180. V. *Politicarum societatum origo*, v. 200. *Imperii regalis*, v. 212. VI. *Patriarchalis*, v. 216. *Verae religionis et gubernationis origo a consimili principio, nempe amoris*, v. 232, &c. *Superstitionis et tyrannidis a consimili fonte, nempe timoris*, v. 242, &c. *Philantropiae impulsus in publicum et sociale bonum conducentis*, v. 273. *Verae religionis et gubernationis instauratio super primum eorum fundamentum*, v. 284. *Imperium mixtum*, v. 290. *Diversae singulorum formae, et verus omnium scopus finisque*, v. 304, &c.

I. **D**ENIQUE sic constat, "Cunctorum causa suprema
"Legibus ut variis fini bene providet uni."

Omnem per rabiem nimiaeque salutis, in omni

Concinno fastûs cultuque, licentiâ opumque,

5 Saepius hoc valeat verum sublime; sed usque,

Oramus quotiesve viri, clerive docemus.

Latè orbem lustres, et vinc'lum en! cernis amoris

- Omnia connectens sursumque et cuncta deorsum :
 Hunc natura vides fictrix contendit in usum,
 10 Omnis itemque atomus petit et petiturque vicissim,
 Attrahit, attrahitur, juxta positaque videntur
 Fictae ac impulsae complectere rite propinquas.
 Deinde en! materiam, vitâ variante, moventem
 Tendere in hoc centrum, cunctorum commoditatem :
 15 En! vitam moriens aliorum ut sustinet herba!
 En! vegetare iterum modò quae viventia! formae,
 Quae cunctae pereunt, alias mutantur in (ipsi
 Vescimur alterni, vitaeque recedimus aurâ)
 Materiae veluti natae vasto aequore bullae,
 20 Turgent, vanescunt; spuit atque resorbuit aequor.
 Distat nil cunctis; pars toti quaeque ministrat;
 Unicus omnituens animus, perque omnia vadens,
 Omne ens connectit, minimis cum maxima, formans
 Commoda bruta viris, nos isdem animantibus aptos.
 25 Nil ob perve ipsum est, nam quod juvat omne juvatur,
 Pergit in immensum, nec finem est cernere vinc'li.
 Credis, inepte, Deum soli tibi velle benigna,
 Laetitiam, ludumque, cibumque, et tegmina formae?
 Qui dedit hinnuleum dapibus tibi sternere mensam.
 30 Huic ludenti olim largitus florea saltus
 Pascua: delicias tibi reddere cantat alauda?
 Laetâ mente canit, mens laetaque sustulit alas.
 Effundit tremulè tumidam linaria vocem,

Mellifluumque melos, tibi demulceret ut aures?

35 Gaudia sensa sibi, sibi sensos cantat amores.

Quem conscendis equum formâ et phalerisque superbum

Partitur domini fastumque et gaudia pompae.

Semina suntve tui solùm quibus arva feruntur?

Pennigeri partem tollent quam invadis iniquus.

40 Fertilis est tellus tibi soli, et messis abundat?

Pars meritò crevit meritos pensare juvencos.

Vel qui nullus arat, curat mandatave, porcum

Rerum hujus domini fudorque laborque faginant.

Participant curas naturae hâc quaelibet orta,

45 Quo rex nunc vellus tepet id tepefellerat ursum.

Jactat homo quoties, "servire mihi omnia cernis,"

Usque faginat,* "hominem mihi," gingriat anser:

Nec minùs a vero rationeque distat ineptus,

Omnes qui pro uno censet, non pro omnibus omnem.

50 Sed detur infirmos aeternùm onerare potentes;

Ipse homo prae cunctis sit acutus, itemque tyrannus;

Natura hunc mollit, solus calletque levatque

Diversi entis egestates variosque dolores.

Dicite, si falco rabidus, perque aethera praeceps,

55 Ob plumas parcit varias rutilasque palumbi?

Sparsa insecta auri mulcent lanugine picam?

Tangitve accipitrem moerens philomela canendo?

Curat homo cunctos, avibus nemus undique praebet,

* Sic *Virgilius* per Caesuram, vel ob sequentem aspirationem,
 — molli fultus hyacintho. — linquens profugus hymenaeos.

Pascua jumentis, proprias quoque piscibus undas :

60 Suggestit ut quaedam curet sua res et egestas,

Plura voluptates, et denique plurima fastus :

Hunc ita patronum depascunt omnia vanum,

Luxuriâque vigent ejus, latèque beantur.

Qualis avet vitam perdoctus multa palatum,

65 Aque fame servatque feris, epulisque saginat

Quod ponet pro epulis, mortisque beabit in horam ;

Tunc magis haud ictum metuit, sentitve dolorem,

Quàm qui sanctus obit tactuque et fulgure coeli :

Nempe fatur conviva habuit sibi debita vitae ;

70 Et tibi finitis epulis mox ipse peribis.

Omni quod nusquam putat enti Numen amicum

Vitae noscendi finem renuebat inane

Auxilium ; dedit atque viris, sed limite tali ut,

Dum finem timeant, sperent supereffequae, tantum

75 Tempore celato, tantumque timore remoto,

Ut propius repens mors raro est visa propinqua.

Mirandum ! usque extans ! quod talis fabrica mentis

Enti ejus solum hinc reputanti a numine venit.

II. SIVE beat ratio, seu instinctus, noscite cunctis

80 Commoda quae magis est contingit et apta potestas ;

Quâ simul inque statum contendunt cuncta beatum,

Atque modos experta probant conducere fini.

Plenus ubi instinctus, nescit qui fallere, dux est,

Consilio aut papâ quali est opus ? atque valeat

- 85 Ut ratio, friget plerumque, coactaque servit,
 Affectatque moras, nec saepe occurrit egenti;
 Militat imo lubens instinctus et acriter urget;
 Neve scopum certus superat, neque praeterit aptum,
 Devium at ingenium fit saepe aut deficit usquam;
- 90 Certus naturâ ex subito stimulante beare,
 Torpidior ratio quod rariùs efficit; atque
 Semper item servit, ratio per saepe recedit,
 Ille necessum est rite meet, verùm haecce vacillet.
 Ecce potestates et agentes atque putantes,
- 95 Quae duae apud nos sunt brutis junguntur in unam;
 Dixeris instinctumque licèt ratione minorem,
 Dirigit hanc fallendus homo, DEUS ipse sed illum.
 Pennigeras sylvae gentes quis agrique docebat
 Cernere rite cibos, et rite cavere veneno?
- 100 Praefagas frustrare aestus maris atque procellas,
 Aedificare in aquas, aut fornice subter arenâ
 Se mirè effosso tutari? aut discit Arachne
 Unde artem tantam nendi paralela* vel ipse
 Qualia DEMOIVRE, cum regula lineaque absint?
- 105 Unde, COLUMBI instar, fit docta ciconia coelos
 Haud proprios tentare, novosque ascendere in orbes?
 Quis coetum usque vocat, solennemve indicat horam,
 Indicat aërias calles, statuitque phalangem?

* Demptâ literâ per Syncopen, metri gratiâ. Sic *Horatius*
 ——— inane abscindere foldo.

III. NATURA infeit propriâ Deus omni animato, ut

- 110 Tam juſto uſque modo quàm limite rite beetur :
 Sed quia confecit totum, quò tota bearet,
 Ex quibus alterni careant velit ipſe viciffim
 Fauſta beare omnes, fic mutua opes et egeſtas :
 Principio aeternus fic rerum conſtitit ORDO,
 115 Atque viroſque viris, nexitque creata creatis.
 Quicquid ſummus habet vitae aether cuncta focillans,
 Aëra perve halat, rapidumque vel aequore natat,
 Funditur aut terris, naturâ augentur eâdem
 Vitae almae flammae et genialia femina turgent.
 120 Nec generis tantùm noſtri, ſed itemque ferarum,
 Et volucrum, atque horum qui latè in flumine volvunt,
 Ipſum quiſque ſe amat, non ſolùm ſe tamen ipſum,
 Sexus uterque cupit, duo dum jungantur in unum :
 Complexu ardenti neque clauditur alma voluptas,
 125 Se ter amant, nam terque ſuâ ſibi prole favebunt.
 Quadrupedes et aves fic debita munera proli
 Sufficiunt, matreſque ſovent, patreſque tuentur :
 Ut ſoboles miſſa eſt terramve aethramve vagatum,
 Deſinit inſtinctus, et cura recedit alendi :
 130 Solvitur hoc vinc'lum, nexum ardet uterque recentem,
 Alter et urget amor, ſuccedit et altera proles.
 Infirmâ uſque virùm ſoboles majora requirit
 Auxilia, inde magis vinc'la officiumque parentum
 Durant ; conſilium, ratioque haec vincula firmat,

135 Speratum et fructum, pariterque extendit amorem ;
Delectu eligimus, consensus amoreque fervet,
Affectusque omnis certâ virtute movetur.
Perpetua auxilia et novae egestates habitusque
In benefacta animum mirè extimulâre benignum.

140 Ut proli accretae succederat altera proles,
Hanc nativus amor, solitus curaverat illam :
Ultima in aetatem vix maturata virilem
Viderat infirmos ex quibus sibi vita meavit :
Provida mensque memor natos pietate ligavit,

145 Respicit haec juvenes, fractos ea prospicit annos ;
Spes laeta interea, pectus gratum, alma voluptas
Commoda distendunt latè, genus atque tuentur.

IV. NEVE statu proavos naturae est dicere caecos,
Nam status ille fuit divini tempore regni.

150 Natus amorque sui natu ejus, alius itemque, et
Unio, quae rerum est dulcis nexusque virorum.
Tunc neque fastus erat, fastum nutrire nec artes,
Quin homo cum brutis tenuit communia sylvae
Commoda, mensa etenim sibi talis, lectus et idem ;

155 Nulla viros caedes vestivit, nulla replebat.
Uno intus templo, luco resonante, creata
Cuncta celebrârunt aequum vocalia Numen.
Haud decorata auro tunc ara cruore vacavit,
Sanguine purus erat, simul ambitione, sacerdos :

160 Summa fuit coelis cunctorum cura tributa,

- Atque praesse hominis fuerat, sed parcere, cunctis.
 Quantum heu! dissimilis nostroque viroque futuro!
 Vivorum mediae partis lanio atque sepulchro;
 Naturae usque vorax gemitus fundentis inanes,
 165 Qui varias jugulat species, propriamque laceffit.
 Luxuriae morbus verum succedit, ut aequum,
 Et fovet ultorem lethum quodcunque futurum:
 Inde furens animi est motus de sanguine natus,
 Inque viros misitque viros magè monstra pavenda.
 170 Nudâ ex natura quàm tardè advenit ad artem!
 Cum ratio instinctum transcripsit itemque colebat:
 Talia naturae tunc voce infusa virorum
 Mentibus,— “ Ito igitur, permulta docende creatis:
 “ Ex avibus dignosce dapes quas sylva ministrat;
 175 “ Et medicinales quot tellus exerit herbas
 “ Quadrupedes doceant; vel apis tibi suggerat artem
 “ Structurae, vermis texendi, talpaque arandi;
 “ * Nautilus en doceat majora expandere vela,
 “ Tendere iter ventis, et caerula findere remo.
 180 “ Omnia quin etiam hìc socialia foedera spectes,
 “ Quae poterit ratio mortales serò docere.
 “ Hìc opera et vicos quae subterranea cernis!
 “ Aëriasque urbes tremulâ super arbore firmas!
 “ Cognita sint genius varii regimenque popelli,
 185 “ Regnum quale apibus, formicis publica quae res;

* De miro hoc pisciculo, vide *Plin.* ix. 29. et *Oppian.* Halieut. L. 1.

- “ Communes in opes harumce ut quaelibet urget,
 “ Et pariter quaecunque regit, tamen absque tumultu :
 “ Utque illae aeternum, quamvis sub rege, tuentur
 “ Diversas cellas, et propria jura tenebunt.
 190 “ Cernis utrumque statum leges quae et sanctio firmant,
 “ Provida vel quantum natura, ut fataque fixa.
 “ Fila tibi ratio magè frustra arguta ministret,
 “ Justitiam laqueo litisque involvat iniquo
 “ (Unde nimis rigidum jus ipsa injuria fiat)
 195 “ Divite prae tenui, prae pauperiore tenaci.
 “ Vade autem ! atque animal tibi subjice quodque creatum,
 “ Pernicitas, robur cedant, sapientia regnet ;
 “ Et propter quales instinctus praebuit artes
 “ Sint vestris regum diademata, numinis arae.”
 200 V. JUSSIT magna parens, homines quoque jussa facessunt,
 Oppida mox structa et consortia factaque ; tandem
 Creverat hìc populus, pariter vicinus et alter
 Creverat, et jungunt, vel amore timoreve ducti.
 Hìc magè si rutilus penderet ab arbore fructus,
 205 Limpidiora illic si flumina dulce meârint,
 Quae raperet bellum mutent commercia, et ipse
 Infensus veniens persaepe redibat amicus.
 Foedera inire viros amor, ipse moneret et usus,
 Libertas cum extaret amor, naturaque leges.
 210 Sic factae gentes, neque vox pro rege, priusquam
 Imperium commune bonum confideret uni.

- VIRTUS SOLA fuit, vel in artibus usque vel armis,
 Pellendo adversas et res pariundo secundas,
 Ipsa eadem, qualem soboles venerata paternam,
 215 Constituit regem populi patrem atque patronum.
- VI. JURE olim naturae omnis Patriarcha fedit
 Genti ex se cretae rex atque parensque sacerdosque:
 Ex illo, tutelâ ipsis pendere secundâ,
 Lumina, nutus erant leges, oracula labrum.
- 220 Attonitis fulcis miras eduxit aristas,
 Flammarum imperium lymphaeque docebat et usum;
 Monstra vel ex altâ divellere dixit abyssis,
 Aëriamve aquilam resonanti arcessere casu:
 Donec languens, aegerque et moribundus ab ipsis
- 225 Tanquam homo defletur, qualis pro numine cultus:
 A patre ad proavos numerantes denique cernunt
 Magnum unum, PRIMUMQUE PATREM, venerantur et ipsam.
 Plana aut traditio, caepisse haec omnia, fecit
 Ne interrupta fides ad prolem a patribus esset;
- 230 Imo opifex operâ ab nitidè distinctus, et unum
 Praeterquam ratio nunquam incorrupta petivit:
 Pravam ante ingenium quàm lucem hanc polluit aequam,
 Numinis instar homo fieri omnia recta videbat;
 Laetitiae calles junctus virtute premebat,
- 235 Fessus ubique patrem, dum Numen ubique fatendum.
 Sola fides, solum obsequiumque AMOR infuit illis,
 Jus divinum hominis simplex natura negavit;


- Nec fibi de coelis timuit, quòd sponte patebat,
Summum ens, cunctorum fontemque bonum esse supremum.
- 240 Vera fides junxere politia veraque; prima
Numinis esset amor purus, postrema virorum.
Quis captas animas et perdita regna docebat
Monstrosam hancce fidem, multos pro uno esse creatos?
Naturae obstaculum normis grande atque superbum,
- 245 Quod mundum invertens ambit frustrare Creantem.
Vis primùm vicit, dixit victoria legem; at
Sola superstitio docuit trepidare tyrannum;
Saevitiae confors, communia sceptraque firmans,
Cives mancipia, et victores numina, fecit:
- 250 Fulguris haec inter flammis, tonitruque sonorem,
Cum tremerent montes, gemibundaque viscera mundi,
Perdocuit gentes venerari, orare superbos,
Numen et invisum, longèque potentius ipsis:
Ex coelo haec rupto terrâque hiscente videbat
- 255 Descendisse deos, furiasque ascendere tetras:
Hic barathrum, elysios illicque locavit, et ejus
Numina spes vanas formârunt, daemona horror;
Numina iniqua quidem, iracunda, levissima, prava,
Queis tribuique solent furor, ultio dira, libido,
- 260 Qualia mens pavidi poterit finxisse popelli,
Nec multùm diversa sibi credenda tyrannis.
Tunc amor haud homines, zelus malè duxit at ardens,
Tartara quin odium coelosque superbia struxit.

- Tunc sacra haud fuerant sub aperto fornice coeli ;
 265 Marmoreae extiterant arae atque cruore tepebant :
 Flamen vitales tunc primùm noverat escas,
 Mox torvum idolumque virili sanguine livit :
 Vindictis coeli propriis conterruit orbem,
 Machina dum veluti numen torquetur in hostem.
- 270 Ecce sui sic cogit amor per fasque nefasque,
 Unus ut imperio, ambitione, lubricine, lucro,
 Invadat reliquos ; cunctorum quin amor idem
 Cuique sui cunctos, seque ipsum, lege coercet.
 Si quod enim peteres aliis aequè usque petitum,
 275 Unde unus contentus erit, cum plurimus obstet ?
 Quomodo quis teneat, quoties quod dormit agitve
 Debilior furtim rapiat, robustus apertè ?
 Propria libertas propriâ est cohibenda salute ;
 Convenit et cunctis servare quod appetit omnis.
- 285 Sic in virtutes semet servare coacti
 Mentem ipsi reges justam et didicere benignam ;
 Tramite de solito sensimque philautia flexit,
 Publica privatum dum commoda rite colebant.
- Tunc volventi animo, generoso aut pectore, cultor
 285 Numinis, aut generis nostri sincerus amicus,
 Musarum aut populi quàm purus amator, inivit
 Naturaeque fidem, mores revocareque priscos :
 Lumina prisca novans lucem haud tulit ille recentem,
 Si nedum simulacra Dei pingebat at umbram :

- 290 Commoda perdocuit reges populumque regentis
Ritè potestatis; ne intensa, nimisve remissa
Sint fila imperii, majora minoraque fingens
Recte adeò; ut, tactum si quodlibet, altera vibrent;
Donec multorum contraria lucra faceffant
- 295 Dulce melos populi bene ducti, et rite regentis.
Sic mundi harmonia est, oritur quae tanta perenni
Ordine, juncturâ, concentu ac impete blando!
Quà parva et magna, infirma atque potentia, ficta
Prodesse, haudque pati; atque juvare, haud laedere; quicquid
- 300 Dignius, ut reliquis fuerit magis utile, et ipsum,
Caetera fortunat quantum, tantumque beatum,
Deinde trahunt in idem centrum brutumve virumve,
Coelicolamve ipsum, servum, dominumve regentem.
Contendant fatui de formâ et more regendi;
- 305 Quae geritur melius praestantior; atque nefandi
Zelotae jugulent de religione fideque;
Prava parùm sibi fit cui pura est semita vitae:
De spe, deque fide discordia plurima mundi;
Seâ curae est cunctis miserans amor atque benignus:
- 310 Cuncta est falsa fides quae huic fini opponitur alto,
Cunctaque de coelis quae homines beat atque reformat.
Vivit homo, vitis veluti vegetissima, fultus,
Quas vires tenet amplexu pendere tenaci.
Quaelibet ut proprio super axe planeta revolvit,
- 315 Et solites circa solem tamen efficit orbis;

Consonus atque duplex animum sic motus inurget,
Ipsum unus spectat, quin omnia prospicit alter.

Fabrica sic mundi, sic cuncta creata cohaerent,
Naturâ famulante, Deoque volente, quòd unum
320 Finem amor atque sui colat et socialis eundem.



EPISTOLA QUARTA.

ARGUMENTUM.

De naturâ et statu hominis, quoad felicitatem.

- I. Opiniones falsae de felicitate, tam philosophicae quàm populares, refutatae a v. 20 ad 27. II. Omnium ea est finis hominum, et omnibus attinenda, v. 30. Deus voluit felicitatem esse aequalem, unde socialem esse necessum est, quando particularis quaeque felicitas de generali pendet, et quandoquidem per generales, non particulares, leges mundum regit, v. 38. Quandoquidem ipse Ordo, perinde ac Pax, et Salus societatis, postulant inaequalem externorum distributionem, felicitas de istis reverà non pendet, v. 53. Inaequalitate igitur eâ non obstante, felicitatis inter homines libramentum conservatur duobus animi affectibus, spei nempe et timoris, v. 72. III. Quaenam individuorum felicitas est, quantum hujus mundi constitutioni congruit, unde boni portionem hîc liquet majorem esse, v. 79. Erratum ascribendi virtuti quae solum naturae, aut fortunae, sunt calamitates, v. 96. IV. Ineptia sperandi Deum leges ejus generales mutaturum prae paucis, aut individuis, v. 113 ad 133. V. Nos esse impotentes verè bonos distinguendi; quoscunque autem optimos esse felicissimos, v. 134 &c. VI. Bona externa non extare propria et debita virtuti praemia, saepe verò cum eâ incongrua aut ei exitiosa, v. 171, &c. Neque ea ipsa felicem, sine virtute, hominem effectura: Hoc exemplo illustratum in divitiis, v. 188. Honoribus, v. 198, &c. Nobilitate, v. 210. Magnificentia, v. 222, &c. Famâ, v. 242, &c. In praestantioribus animi dotibus, v. 264, &c. Cum exemplis infelicitatis individuorum ejusmodi possidentium, v. 283, &c. VII. Quod sola virtus felicitatem efficit, cujus objectum universum est, cujusque prospectus aeternus, v. 314, &c. Quod virtutis et felicitatis perfectio constat in conformitate quâdam cum ordine Providentiae hîc, et in submittendo eidem hîc et in aeternum, v. 332, &c. Conclusio, 379.

- I. **O**! VITAM efficiens, utcunque vocare, beatam!
 Te vitae metam atque scopum, seu rite voluptas,
 Otia, five bonum, seu mens tranquillior audis!
 Propter te aeternum suspiria ducimus omnes,
 5 Ausi speque tui tolerare et temnere vitam;
 Quod prope nos semper tamen ultra es, praetereuntque;
 Aut visum ingeminant falso fatuique sophique:
 Si forte in terris, coelesti ex semine, fructus,
 Fare loco quali, qualive in pectore flores?
 10 Expositus radiis aurisque soventibus aulae,
 Vel gemmas inter terrâ rutilante profundus?
 Implicitus fertis laurus quae Aonia praebet,
 Vel segetes inter belli quibus arva coruscant?
 Quâ viget?— aut ubi non?— frustra hunc quicumque requirat,
 15 Incusanda venit cultura, haud scena locusve.
 Esse quidem felix ad sedem haud pertinet ullam,
 Terrarum nusquam, vel in omni est parte, tenendum:
 Nullus emat pretio, licet omnibus extet apertum,
 Sceptraque diffugiens tibi, LAELI, arridet amoenum.
 20 Consuleres doctos, doctis malè convenit ipsis,
 Hic servire viris jubet, hic vitare jubebit;
 Ille quiete bonum statuit, locat alter in actu,
 Mens illis contenta audit, verum hisce voluptas:
 Deliciae pariunt his, infra bruta, dolores;
 25 Virtutem inclamant alii, sibi numina, vanam;
 Aut quodam peccant extremo mente remissa,

Credere dum cunctis, cuncta aut dubitare suescunt.

Qui rem sic claudunt, quaeso, hoc quidquam amplius urgent,
Ens felix felix est, atque beata beantur?

30 II. NATURAE modò perge viam, nec opinio fallat
Devia, cunctus enim status hancce tenere valebit,
Cunctaque mens capiat; bona sunt illius aperta,
Neve remota sedent, medio versata, fat esset
Si, sanum reputans, rectum velis atque benignum:

35 Et varias quantum dotes ploremus, abundans
Communi sensu parilique quiete beatur.

Esto vir usque memor, " summam procedere causam
" Legibus haud partem, at totum, spectantibus," et quae
Conditio felix rectè appellatur, eandem

40 Haud unum aut aliquod, sed cuncta beare volebat.
Prosperitas nulla est homini quaeque evenit ulli,
Quin genus ad totum flectitque aliisque recumbit.
Nusquam latro ferox, rabidusve tumore tyrannus,
Nec sibi gratatur satis incola clausus eremi.

45 Qui multum se odisse homines fugisseve fingit,
Ipse sui quaerit mirantem, aut optat amicum.
Qualem hi te censent, illosque ut tangis, adeptis,
Gloria cuncta cadit, tabescit cuncta voluptas;
Portio cuique sua est, plurem quisque appetit, iste
50 Percipiet fructum longèque labore minorem.

ORDO lex coeli princeps; hoc quando fatendum,
Quosdam consequitur reliquis esse inferiores,

- Quos nummi plures tollantve scientia, at errat
Magnopere et longè dicens magis inde beatos.
- 55 Humano generi nos Numen dicimus aequum,
Si totum est pariter felici in sorte locatum :
Mutuae egestates fed alunt fortem hancce beatam, et
Naturae pacem ejusdem contentio servat.
Conditio nec fors hìc refert, namque bonum ipsum
- 60 Civibus extat idem, pariterque regentibus ipsis ;
Seu defenduntur quidam, quidamve tuetur,
Si vel amicus erit, quisquisve tenebit amicum :
Totius inspirat partem Deus ipse per omnem,
Ut communem animum commune bonum intus habendum :
- 65 Munera naturae pariter fin omnis haberet,
Omnes sintque pares, omnes contendere certum est :
Si cunctosque viros felices esse volebat
Numen, in externis felicem haud esse locaret.
Quàm varie fortuna queat sua spargere dona,
- 70 Turba ea dum felix, infelix illa vocatur ;
Sed coeli trutinam promptè cognoveris aequam,
Quum spes hanc nutrit, versatur et illa timore :
Nam bona nulla beant, mala nec praesentia torquent,
Quantùm scena boni expectata malive futuri.
- 75 Sordida progenies terrae ! num scandere coelos
Montibus impositis sperâstis montibus auri ?
Coelum cum risu sudorem hunc vidit inanem,
Et malè congestis caecos sepelivit acervis.

III. NOSCITE quodque bonum quod cuilibet, accidit, omne

- 80 Humano hîc generi naturâ aut numine latum,
 Gaudia quae sensûs, rationis cuncta voluptas,
 Nempe tribus verbis, ex Pace, Saluteque, cum Re
 Consistunt modicâ. Moderatio sola salutem
 Suppetit, et pax est, O! Virtus, pax tibi solùm
- 85 Propria: dum fortuna bonisque malisque ministrat
 Dona, minùs gustant hi, quòd malè nacta — Rogamus
 Lucrum aut delicias quaerendo plusve peric'li est
 Qui pravè rapiet, vel qui petet usque decenter?
 Sive probusve malus pressus fueritve secundus,
- 90 Utrum quis primò spernit, primùm aut miseretur?
 Commodâ dinumeres vitium quae cuncta lucratur,
 Talia sunt tantùm, virtus quae aufugit et odit:
 Prospera deinde dares, vellent quaecunque, scelestis,
 Unum hoc deficiet, bona fama, et caetera rodet.
- 95 Nescius Oh! veri, divini et schematis infra hîc,
 Quisquis laetitiam vitiis, virtutibus indis
 Moestitiam! schema id cernens, strenuèque secutus,
 Gaudia percipiens intus, magis inde beatur.
 Fortes atque boni verùm reputantur ineptis
- 100 Casibus ex miserique malis communibus omni.
 Ecce probus moritur FALKLAND, pius atque benignus!
 En divò similem TURENNE, cum pulvere pronum!
 Horridus incessit Gradivus sanguine SIDNEY!
 Num fuit hoc virtus, animosave spretio vitae?

105 Fare fuit virtus, tua quamvis plurima, quae te,

O DIGBY, tumulo lugende remisit acerbo?

Filius ad plures fin ex virtute migravit,

Quid pater annosus pervivit honore repletus?

Massiliae unde bonus Flamen purum aethera duxit,

110 Naturâ aegrotâ, atque neces spirantibus auris?

Vel quid tam longum (si in vitâ est dicere longum)

Produxit coelum mihi pauperibusque parentem?

IV. PHYSICA quid faciat mala, quid moralia cuncta?

Devia natura haec, haec devia saepe voluntas.

115 Si rectè capias, mala nunquam a numine missa, aut

Omne malum in parte est, ut spectat cuncta, benignum;

Admissum exve meris vicibus, natura finitve,

Cum breve tum parvum, nunc plura augemus at ipsi.

Prudentes aequè quimus culpâre Supremum,

120 Quòd probus est *Abel* a *Cain* jugulatus iniquo,

Filius ac castus quòd foedâ tabe lique scat,

Cum pater impurus sevit mala semina morbi.

Anne Deum reputes, malè sani principis instar,

Dilectos propter facilem subvertere leges?

125 Candentem exploret si fortè sagacior *Aetnam*,

Fulmina clausa velis, dirasque recedere flammâs?

Impetus anne novus ciet aethram, aut undique pontum,

Spiritus ut facilis tibi laetas ingerat auras,

O vitiis aliene *BETHEL*! aut praetereunti

130 Mons quoties tremebundus erit ruiturus ab alto,

Cessabunt motûs leges, momentaque rerum?
 Aut fani veteris lapsura ruina reservet
 Moenia devoto capiti nutantia *Chartres*?

- V. "MUNDUS at hic, dices, tantùm nebulonibus aptus,
 135 "Convenit haud nobis" — Meliorem exquirere demum est?
 Denique justorum fit regnum; sed videamus
 Imprimis, quantùm justis bene convenit istis.
 Curam rite boni mereantur numinis amplam;
 Unde hos dignosces autem nisi numine ab ipso?
 140 Creditur hîc CALVIN divino afflamine motus,
 Machina verùm illic inferna videtur; haberet
 Gaudia coelicolûm *Calvin*, barathrive dolores,
 Plaudit hic, ecce Deus! furit ille, existere nullum!
 Quae partem vexant quandam reliquam imo docebunt,
 145 Nec quodvis poterit cunctos systema beare.
 Maximè ut integrum diversùm verget, idemque
 Praemia virtuti det vestrae, et verbera nostrae.
 Omne quod est rectum est — hic orbis, quisque fatetur,
 Caesare pro factus, Titumque creatus ob alium est:
 150 Subjiciens patriam pedibus felicior horum, aut
 Qui vacuum virtute diem plangebatur omisam?
 Objicis autem, "alget virtus, vitiumque triumphat
 "Saepius;" esto, tamen virtutum est praemia panis?
 Hunc vitium mereat, pretium fit ubique laboris,
 155 Rusticus ipse meret per culta novalia sudans;
 Et meret ipse quidem veterator in aequore saevo,

Quà passim fatui propugnant bella tyrannùm,
Et fitis argenti dominum sepelivit in undis.

Quin bonus infirmus, poteritque extare remissus,

160 Copia nec curae est, sed mens minùs anxia curis.

Divitiae sint huic; nunc te placamus abunde?

“ Non --- ditione bonos, vel egere salute, probandum?”

Cedimus haec etiam, terrestria cunctaque; “ sed quid

“ Tam parca est ditio, privata, indignaque rege?”

165 Imo ut de populo, cur non de mente, potestas?

Cur homo non deus est; non tellus denique coelum?

Rarus concipiet, qui sic flagitavit et arguit,

Sat donasse Deum, teneat modò fortè petendum:

Immensa inducat sine fine potentia coeli

170 Debita, nec saperent quo limite sistere rerum.

VI. QUAE conferre nihil terrestre, auferre possit,

Praedulces animi radios, cor et usque beatum,

Praemia consequitur virtus; potiora juberet?

Currum ter bijugem demissae mentis habeto;

175 Justitiam gladio dones victoris; et ipsi

Vero praëbe togam; curae si publica res est

Multae alii, pensa hunc, subito diadema medetur.

Stultus, inanis homo! qui credas praemia Numen,

Frivola quae nostri mirantur, habere futura:

180 Qui vir et ante puer constas tantùm unus et idem,

Nunc etiamne gemis pro pomis atque placentis?

Vah! minimè dispar Indo, cui scena futura

- Ampullam, nuptam atque canem sponderet; inepte,
Deliras pariter, qui nugas sceptraque fingis
185 Praemia quanta animis designat Numen honestis:
Praemia, virtuti quae nusquam certa pararent
Gaudia, vel saltem foedarent qualia divam:
Ex istis quoties homini periere senectâ
Virtutes, juvenis quales redolevit amandas!
190 Divitiae cuinam dorent famamque fidemque
Pacem et delicias, nisi justis atque benignis?
Plurimus est iudex auro emptus itemque senatus,
Verus honos, et verus amor, venalia nusquam.
Stulte, Deum reputas, animos quàm odisse benignos,
195 Delicias generis, generisque ipsius amantes,
Qui vivunt sani, et queis integra pectora, justis
His quia deficiunt aureorum mille per annum.
Haud honor atque pudor certâ ullâ in sede morantur;
Fungere parte tuâ, quae, ritè peracta, decebit.
200 Diversos equidem variè fortuna secundat,
Hic laceris pannis, bombyce hic prodit et auro;
Cerdo hìc accinctus graditur, clerusque togatus,
Hìc monachusque cucullo, et rex diademate cinctus.
“ Quae distant, clamas, tam quàm diadema cucullo?”
205 Aufcultes, bone vir, breviter, sapiens ab inepto.
Edifcas, monachi si rex semel aemulus esset,
Cerdoni aut fimilem si clerum pocula foedent,
Quod merita usque virum statuunt, contraria nequam;

Caetera cuncta merum corium, velamina, panni.

- 210 Et circum titulis, et vittâ appensus inani,
 Regibus esse queas, vel amicâ fortè regentis.
 Haud veto ne jactes, quòd grandi ex stemmate venas
 Plurima continuet Lucretia sanguine casto;
 Sin proavùm ex meritis arcessis propria, nullos
- 215 Quaeso mihi memores, nisi magnanimosque bonosque.
 Si vestrùm sanguis, solùm venerandus ob annos,
 Per stupidos respitque malos vel ab orbe sub undis,
 Vah! simulato novâ temet de stirpe creatum,
 Nec fatuam tantam feriem fatearis avorum.
- 220 Nobilitet quidnam abjectos, pavidos et ineptos?
 Heu! non venae omnes, neque stemmata gentis HOWARDÆ.
 Nunc de magnificis; queis magnificentia verùm est,
 “Haeres si teneant heroes, si sapientes?”
 Perfimiles dabitur cunctos heroes ab illo
- 225 Esse Macedonico ad Suecum pariterque furentem;
 Queis vitae totusque scopus mirusque videtur
 Aut reperire hostes, aut cunctos reddere tales.
 Respicit horum nemo, at saevus pergit et audens,
 Et mentem caecus vix nasum prospicit ultra.
- 230 Perfimiles etiam versuti et regna gerentes,
 Res vafrae et tacitae, scrutantibus undique ocellis;
 Captant improvîso homines, horisque solutis,
 Nec rectè sapiunt; alii malè verò cavebant.
 Sin demus hi fallant, isti quod vincere possint,

- 235 Est absurdus sermo nefandum dicere magnum :
 Quisque sapit pravum, vesano aut Marte ferocit,
 Hic magis infusus fiet, magis ille scelestus.
 Qui generosa modis generosis facta propagat,
 Frustratusve exul ridet, vel vinc'la salutans,
- 240 Si beat imperium, ceu Aurelius optimus, isve
 Socratis instar obit, magnum celebremus ovantes.
 Quid fama est? sperata aliorum ex flamine vita,
 Post mortem invidiae nostramque, nec utilis umbris.
 Quantam audis teneas, amboque futura latebit,
- 245 Inclyta, sitve tui, LAELI optime, seu CICERONIS.
 Limite quicquid enim famae est versatur in arcto,
 Laedant pauci hostes, paucique tuentur amici.
 Quis ignotus erat, cunctis tam est umbra nihilve
 EUGENIUS vivens, quàm JULIUS ipse sub umbris;
- 250 Tantidem fuerit radiant ubi vel radiarunt,
 Ad Rheni largas, parvi aut Rubiconis ad undas.
 Ingenii vir pluma levis, rex saepe flagellum est;
 Summum opus ipse virum Deus usque insignit honestum.
 Fama a morte potest nomen servare scelesti,
- 255 Solùm ut jura negant corpus putrescere terrâ;
 Cum meliùs tenebris donentur qualia, in alto
 Pendula foetor erunt infontibus atque venenum.
 Cuncta quidem externa est, meriti nisi fama probandi,
 Quae ludit sensus, sed nusquam in pectore regnat.
- 260 Hora probata domi est bene multis ditior annis

Mirantes inter stupidos, plausumque popelli :
 Gaudia in exilio Marcellus pluraque novit,
 Quàm Caesâr pravo cinctus pavidoque senatu.

Majores animi dotes quae commoda praestant ?

265 Fare hoc, quod calles, in queis sapientia constat ?
 Cernere tantùm hoc est, quam pauca scienda vel ulli,
 Cernere cunctorum mendas, sentireque nostras.
 Deditus in rebus sudare vel artibus, absque
 Aequali aut socio, aut res trutinantibus aptè,

270 Vera docens cupias si regni avertere casus,
 Usque timent, pauci capiunt, nullusque juvabit.
 Heu ! miseranda fere praestantia ! cernere temet
 Errores supra vitae atque levantia curas.

Haec demum ex strictâ ratione beantia consent,

275 Riteque deductis veram dignoscite summam :
 Hoc quanti illius certum est venire, vicissim et,
 Dum fruimurque illo, hoc prorsus quàm saepe peribit :
 Quae bona diffideant cum istis majora ; peric' lum
 Ut vitae quando facimus, semperque quietis :

280 Volve, et livorem tibi si tantilla creârint,
 Dic, ut habere queas, vis talis inesse, vel ipso ?
 Si fatuo vittae promant suspiria, spectes
Junium ut exornent equitem, dominumque vel *Umbram* :
 Fulgida terra tuae sint vota ardentia vitae ?

285 Aspicias *Gripi* nuptam, *Gripum*ve vel ipsum.
 Allicit ingeniumne ? eheu ! BACON ipse refulsit

- Quantus, et usque sciens! quâ labe at foedus iniquâ!
Nominis aut cupiens quod mundum perfonet amplum,
Atroci CROMWELL est cernere laude perennem.
- 290 Sin simul ex cunctis vastâ ambitione laboras,
Annales doceant te prisca spernere cunctos.
Quos inter celebres famâ, auro et honoribus amplis,
Vitae scala fuit quàm prava statuta beatae.
In reginarum amplexus, in pectora regum
- 295 Excepti, quoties heu! prodere perdere laeti!
Arte graduque vides quàm vili his gloria crevit!
Celsae ceu exsurgunt coenoque *Venetiae* et algâ.
Ut vitiosus erat pariterque ac magnus eorum:
Quisquis! ut heroas homines foedantia tollant!
- 300 En! bella *Europae* sua cingunt tempora lauro,
Sanguine sed foedâ, mutatâ aut turpiter auro;
En! luxu immerfos, fractosve labore cruento,
Aut late infames spoliatis gentibus. Eheu!
Divitiae infastae! quas fama haud protulit uno.
- 305 Splendenti facto, purove pudore sacravit!
Quae fortuna magè his seros felicitet annos?
Intimus ecce rapax quidam, imperiosave conjux,
Fornicibus tumidis, narrantibus instat et aulis,
Horum et magnificâ somnos infestat in umbrâ.
- 310 Sed minùs in medio mirans, splendoreque summo,
Adjicias ortus dubios, casusque ruentum;
Tandem summa redit famae quàm ingentis acervus,

Gloria quem rubeat, superentve opprobria laudem.

VII. NOSCITE tunc verum hoc (nostris satis esse liquèbit)

315 Virtus sola viros beat hìc, sola ipsa beatur.

Sola quidem meta est quà fors prosperrima nostrùm

Fixa manet, libatque bonum, pravumque repellit:

Constanti meritum quà solum merce probatur,

Acceptis felix pariter, pariterque tributis:

320 Gaudia, sit voti compos, terrestria plusquam

Instant; sin aliter, non morfibus angitur ullis.

Taedia nulla parant virtuti gaudia tanta, et

Externis virtus oppressa est gratior intus;

Cujus item lacrymae stillant dulce atque decenter

325 Prae ridendo risu quem insipientia fundit.

Elicit ex omnique loco objectoque probandum,

Nec defessa jacet, quamvis exercita semper:

Nusquam elata alium miserum dum cerneret; usquam

Laeta viret, reliquos cernat modò rite beatos:

330 Ut nihil indigeat, nedum exoptanda supersint,

Plus virtutis enim quicumque exoptat adeptus.

Sic solâ virtute beet Deus undique cunctos,

Quam gustet sentire potens, reputareque noscat:

Inter opes at inops, inter documentaque caecus,

335 Impius amittet, pius autem indoctus habebit:

Verna parum sectae, non calle vagatur in ullo,

Naturae at fontem venerandum explorat in actis.

Hic vinculum insequitur, quo coepta immensa cohaerent,

- Quod coelum terris necit, mortalia divis;
340 Percipit hic nullum ens felici in sorte locatum,
Quin aliud tangat terrenum, aliudque supernum;
Totius ex nexu hoc fursum gradientis hic haurit
Propositum primumque animae finemque supremum.
Hinc fidei, legum, morumque agnoscit hic ortus,
345 In qualemque scopum cedunt hinc constat apertè,
Nempe in AMORE DEI cessant et AMORE VIRORUM.
Ergo hujus solùm spes spem parturit, et inde
Grata iterum soboles animam dilatat hiantem;
Donec ad usque fidem protensa effundat abundans.
350 Gaudia quanta beant avidam purissima mentem.
Cernit solùm homini natura quid inserit intus
Spem notique boni, ignotique fidemque fitimque
(Impulsus alii natura haud suggerit ullos
Incaffum generi, verùm insita vota secundat)
355 Et sapit hoc dono, sibi felicissima jungens
Cum summâ bonitate suâ, simul emicat omnis
Laetitiae aeternae spes fulgida, et incitat omnis
Fortior impulsus reliquùm stabilire quietem.
Sic amor ipse sui factus socialis, et instar
360 Divini, tibi dat vicini ex pace beari.
Hoc nimis angustum si fit tibi pectore largo,
O propior superis! inimici parte fruantur.
Praedita quae sensu aut vitâ rationeve, cuncta
Dulce capax systema tuum foveatque benignum =

365 Cum quantò melior tantòque beatior effes,
Summaque laetitiae fummo coalescat amori.

A toto ad partes amor it coelestis : ab uno
Nitendum humanis animis comprehendere totum.

Excitat ingenuam tantùm philautia mentem,

370 Calculus ut tacitam solitus motare paludem ;
Si centrum exagites, novus illico circulus urget,
Amplior ac multus, dum littoris alluat oras ;
Vicinos, charos et amicos, atque parentes
Amplexu propiore tenet, patriamque secundo ;

375 Mox genus humanum, praelargaque pectora demum
Quamlibet involvunt speciem, classemque vel omnem :
Undique terra nitet mirâ bonitate beata,
Et radiata Dei simulamina pectora vibrant.

Adfis deinde mihi Geniusque et Amicus, * O! adfis,

380 Carminis atque canentis honos! quotiesque Camoena
Defilit angustos animi recludere motus
Humani, aut sursum tendit, sublimia scrutans
Confilia illorum finemque, doceto rogantem,
Naturam edoctus variam, cecidisse decorè

385 Tecum, instarque tui sedatâ emergere mente.
Colloquio exemploque tuo concede peritum,
Res varient quantumve vocent, fieri usque decenter
Exque gravi lepidus, mox ex alacrique severus,
Terfus cum ingenio, facilique decore disertus.

* Quam ipsam interjectionem propter insequentem, fortè ut hic, vocalem, corripuit *Virgilius*.

Te Corydon, O Alexi, &c. Buc.

- 390 Oh! dum rite tuum per faec'la fluentia nomen
Latè infigne volat, famamque sibi afferit omnem,
Fare mihi parvus post naviget usque phaselus,
Participare auras dignusque instare triumpho?
Cum regni vigiles, heroes, itemque regentes,
395 Queis fati doleant patres te odisse, filebunt,
Carmina temporibus tunc jactent talia feris,
Te mihi philosophum, ductorem olimque et amicum?
Quod te suaviloquas suadente adduximus artes
A ludis ad feria, ab aureque pectus in imum?
400 Pro falso ingenii speculo porreximus aptae
Lumina naturae, atque probavimus usque superbis,
Quantùm heu deceptis! QVAE SUNT SUNT OMNIA RECTE.
Quod finem ratio affectusque operatur in unum;
Verus amorque sui et socialis tendit eodem;
Quod solùm VIRTUS hìc efficit esse beatos,
406 Nedum ultra is sapiat, qui SE PERNOVERIT IPSUM.

F I N I S.

THE HISTORY OF THE

The first part of the history of the
 world is the history of the
 creation of the world and
 the history of the
 world from the beginning
 of the world to the
 present time. The second
 part of the history of the
 world is the history of the
 world from the beginning
 of the world to the
 present time. The third
 part of the history of the
 world is the history of the
 world from the beginning
 of the world to the
 present time. The fourth
 part of the history of the
 world is the history of the
 world from the beginning
 of the world to the
 present time. The fifth
 part of the history of the
 world is the history of the
 world from the beginning
 of the world to the
 present time. The sixth
 part of the history of the
 world is the history of the
 world from the beginning
 of the world to the
 present time. The seventh
 part of the history of the
 world is the history of the
 world from the beginning
 of the world to the
 present time. The eighth
 part of the history of the
 world is the history of the
 world from the beginning
 of the world to the
 present time. The ninth
 part of the history of the
 world is the history of the
 world from the beginning
 of the world to the
 present time. The tenth
 part of the history of the
 world is the history of the
 world from the beginning
 of the world to the
 present time.

THE HISTORY OF THE

T E N T A M E N
D E
A R T E C R I T I C A .

S Y L L A B U S .

PART. I. *Introductio, tantam esse culpam pravè judicare, quantam malè scribere, imo majorem, quoad populum refert, v. 1. Verum judicium aequè rarum esse ac verum ingenium, v. 10 ad 20. Plerosque nonnullo judicio esse natos, quod ex falsà tamen eruditione fit pravum, v. 21 ad 28. Multitudo criticorum, et eorum fontes, v. 29 ad 48. Cujusmodi nostrum sit judicium studendum est, ejusque limites oportet esse notandos, v. 49 ad 70. Natura optimè judicium ducit, v. 71 ad 90. Quod excultum est ab arte et normis, quae tantùm natura bene digesta sunt, v. 91 ad 93. Regulae deducuntur exercitationibus priscorum pœtarum, v. 94 ad 113. Ideo priscos critico studendos; Homerum praecipuè et Virgilium, v. 120 ad 140. De licentiis, et qualiter antiqui iisdem indulserunt, v. 141 ad 181. Honores veteribus debiti, eorumque laudes, v. 182, &c.*

PART. II. V. 203, &c. *Causae verum impediens judicium. 1. Superbia, v. 206. 2. Doctrina imperfecta, v. 217. 3. Judicando de partibus, et nequaquam de toto, v. 235 ad 292. De criticis, quoad ingenium tantùm, quoad stylum, et quoad numeros, v. 293, 309, 340, &c. 4. Nimia delectari difficultas, aut nimia ad mirandum propensio, v. 385. 5. Favor plus aequo nimius, — cujusdam nimius amor sectae — priscorum, aut recentium, v. 395. 6. Praejudicium aut praeoccupatio, v. 409. 7. Singularitas, v. 425. 8. Incon-*

8. *Inconstantia*, v. 431. 9. *Spiritus factionis*, v. 453, &c. 10. *Invidia*, v. 467. *Contra invidiam, et benevolentiae laudes*, v. 509, &c. *Quando magis licebit criticis esse severioribus*, v. 527, &c.

PART. III. V. 563, &c. *Regulae de administrandis critici moribus.*

1. *De Candore*, v. 566. *Modestia*, v. 569. *Urbanitate*, v. 575. *Sinceritate, et rectè libero consilio*, v. 581. 2. *Quando consilium cobibendum est*, v. 586. *Descriptio poetæ inemendabilis*, v. 602. *Et critici inepti et garruli*, v. 613. *Critici veri et laudandi*, v. 634. *Historia artis criticae, et descriptiones optimorum criticorum, viz. Aristotelis*, v. 648. *Horatii*, v. 656. *Dionysii*, v. 668. *Petronii*, v. 670. *Quintiliani*, v. 672. *Longini*, v. 678. *De artis criticae declinatione et reviviscentiâ. De Erasmo*, v. 696. *Vidâ*, v. 708. *Boileau*, v. 718. *Dom. Roscommon, &c.* v. 729. *Conclusio.*

I. **P**LURIBUS ambigitur, num verè inscitior audit
Scriptorum infulsus censor, vel scriptor ineptus:

Quin minùs hic laedat lassando utcunque legentes,

Quam malè qui mentem recti de tramite torquet:

5 Hic multis, illic paucis peccatur; et unus

Si laudanda parum vulgavit opuscula scriptor,

Censores totidem decies numerantur inepti.

Se solum exhibuit quondam malè fanus, at unus:

Nunc creat ex versu turmam fermone soluto.

10 Quali more solent horaria ducere, tali

Judiciis agimur nostris, quae plurima distant,

Strictè nulla quadrant, proprio confidit at omnis.

Ut verum ingenium multis haud vatibus insit,

Rarus item gustu criticus supereminet apto;

- 15 Lumine coeligeno vel utrosque calere necessum,
 Judicium hinc criticis solum est, hinc venâ pœtis.
 Edoceant alios simili bene munere functi,
 Censeat et meritis ex scriptis censor habendus.
 Auctores nimium sibi placuisse fatemur ;
- 20 Quin critici fervore pari sua dicta tuentur.
 Attamen interius scrutanti hoc cuique patebit,
 Semina iudicii plerisque in mentibus insunt :
 Indulgit saltem natura crepuscula recti,
 Quaeque licet leviter, iusto ordine, linea ducta est.
- 25 Imperfecta autem ut, modò falso haud scripta, figura
 Ex malè dispositis pigmentis vilior extat ;
 Sic sanum doctrina solet corrumpere sensum,
 Iudicio conductâ malò, instillataque pravè.
 Nonnulli errant circuitu fallente scholarum,
- 30 Absurdi unde tument per se tantum insipientes :
 Venando ingenium tales ratione vagantur,
 Propria tunc criticique tument defendere menda.
 Hic, quasi rivales, scribentes odit, et alter
 Pollenti ingenio, ceu eunuchus amantibus, obstat :
- 35 Aeternum tales arsere in scommota fundi,
 Ridiculi que ipsi sitiunt lacerare cachinno.

Ver. 17.] Qui scribit artificiosè ab aliis commodè scripta facillè intelligere poterit.
Cic. ad Heren. libi. iv. De pictore, sculptore, fectore, nisi artifex iudicare non potest. *Plin.*

Ver. 22.] Omnes tacito quodam sensu, sine ullâ arte, aut ratione, quae sint in artibus ac rationibus recta et prava dijudicant. *Cic. de Orat.* libi. iii.

Ver. 27, 28.] Plus sine doctrinâ prudentia, quam sine prudentiâ valet doctrina. *Quintil.*

Maevius invito si torquet Apolline carmen,
Praviùs imo alii censent quàm hic scribere possit.

Sunt quibus ingenium rumor dedit, inde pœfin,
40 Mox critici, et demum fiunt sine mente popelli.
Sunt quidam haud critici, nec acuti rite vocandi,
Mulos ceu segnes nec equosve asinosve vocares.
Turmae huic vix doctac, quam nostra Britannia fundit,
Semianimis partûs septemplicis aemula Nili,
45 Quisnam aequos titulos, quis idonea nomina finget,
Tam malè contextum genus hoc, et origine caecâ?
Totam si numeres, centesima lingua fatiscet,
Vel centum superare peritus — versificator.

Ast famam cupiens, famam quia rite ministras,
50 Nec temerè critici sumis tibi nobile nomen,
Te multùm volvasque diu, quid ferre recusant,
Quidve valent humeri, naturâ es quantus et arte:
Nil molire ultra, punctum decernere cautus,
Quo ratio torpori haerens hebetudine torpet.

55 Provida vel cunctis fines natura locavit,
Audaces hominum mentes praecludere prudens.
Ut quantùm oceanus campos hìc vastus inundat,
Tantùm alibi cedit, sterilesque relinquit arenas;
Sic qualem cernis memorem citò multa tenentem,
60 Talem iudicio minùs acri saepe notabis.
Vivida quà radiis tepuit Phantasia laetis,
Cerea Mnemosynes sùbitò simulacra liquefcunt.

- Uni quippe viro tantùm una sciëntia quadrat,
Ars adeò immensa est, hominum tantilla facultas!
- 65 Nec propriâ solùm quasi circumscribimur, omnes
Saepiùs instructi nisi parte videbimur artis;
Regibus ut solitum, quae sunt modò naçta labascunt:
Ex pravâ rabie, vastique cupidine regni:
Cum quis rite suo potuiffet munere fungi,
- 70 Si qualem novit partem se accinxit ad istam.
Naturam imprimis venerari judicis esto
Norma, sibi constans, tibi te constare docebit:
Semper enim recta est, sacro et fulgore coruscat,
Undique perpetuum, plenum, invariabile lumen;
- 75 Quo manent critico ac vati vis, vita, venustas,
Ipsa etenim fons est, scopus atque criterion artis.
Versutè ex opibus tantis ars feligit apta
Quae magis, ostentans minimè, et fastu absque gubernat.
Spiritus haud aliter specioso in corpore tectus
- 80 Vitales auras, et vivida membra ministrat;
Ordinat hic motus, nervos quoque sustinet almus,
Emicat haud dubiè fructus, causa usque latebit.
Sunt quibus ingenium tenui non flumine lapsum,
Vel majoris adhuc opus est quò rite mearet:
- 85 Nam ingenii cum sensu est lis creberrima, quamvis
Officium alternum est, conjunctae et conjugis instar.
Est multò stimulare minùs quam flectere musam,
Incita fit multis, pauci cohibère furentem;

- Nobilis instar equi magè Pegasus exhibet ardens
 90 Ingenuas vires, modò vis constringere cursum.
 Indagata olim haec praecepta, ab nemine ficta,
 Sunt natura quidem, natura sed ordine pulchro,
 Quam, quasi reginam, sua tantùm oracula cogant.
 Consule, dat cultas cultissima Graecia normas,
 95 Cum cohibere licet, quotiesve intendere musam:
 Ostendit natos Pindi juga summa tenentes,
 Signavitque vias, quibus itur ad ardua montis:
 Eminus atque altè porrexit praemia palmae,
 Exstimulans alios succedere passibus aequis.
 100 Tantorum ex scriptis iusta exemplaria ducens,
 Callida deprompsit quae dî inspirâre pœtis;
 Quois etiam afflavit iudex candore benignus,
 Instructo populo quantâ ratione probarent.
 Munus tunc critici fuit inservire Camoenis,
 105 Ornavit veneres, pluresque induxit amantum:
 Posterûm at ingeniis legi malè ceditur isti,
 Incaffum dominae cupidi petiêre ministram:
 * Vatibus insurgit raptis ex vatibus armis,
 Gens ingrata odio coetum infectata docentem.
 110 Sic nostri, ex medicis praescriptis, pharmacopolae,

Ver. 100.] Nec enim artibus editis factum est ut argumenta inveniremus, sed dicta sunt omnia antequam praeciperentur; mox ea scriptores observata et collecta ediderunt. *Quintil.*

* In prioribus quibusdam editionibus subsequens intervenit versiculus.

Set up themselves and drove a different Trade.

Planè et diversas sunt ausi vendere partes.

- Instructi spurias medicorum assumere partes,
 Funditus errantes, sine luctu pharmaca trudent,
 Vel quoque quos spoliant prompti infamare magistros.
 Haud pauci veterum foliis pascuntur abefis,
 115 Tempora nec tineae tantâ viguere ruinâ.
 Interea insulfus cudendi carmina normas
 Designat stupidas, sine vi, sine divite venâ.
 Negligit hic sensum, se doctum ostendere curat:
 Ille sagax nimiùm vel obumbrat fulgura fumo.
 120 Judicis optatam cursu contingere metam
 Quisquis aves, tibi fit priscus bene cognitus omnis,
 Fabula, propositum, subjectum, et qualia fiant
 Patria, religio et vatis, cum moribus aevi:
 Haec leviter quisquis sapuit, parvique pependit,
 125 Carpere perpetuò pergens, vix judicet usquam.
 Carmina Maeonidis, studium ter amabile vestrum,
 Nocturnâ versate manu, versate diurnâ:
 Vestrum hinc iudicium, sententia lautaque manent,
 Fontibus in summis doctique exquirite musas.
 130 Ipsi collatum non rarò advertite textum;
 Dulce tibi scholium fit diaque musa Maronis.
 Tantus cum caneret reges et praelia vates,
 Et tacito aeternum volvit sub pectore carmen,
 Sprevit fors critici legem, indignatus abunde

Ver. 132.] Cum canerem reges et praelia, Cynthius aurem
 Vellit——

Virg. Bucol. 5.

- 135 Fonte nisi ex proprio naturae expromere carmen.
 Singula perpendens tamen intellexit, easdem
 Quas voluit natura vias, subiisse et Homerum:
 Victo hinc et trepido fiducia prima recessit,
 Pagina casta audît leges pariterque verendas,
- 140 Ac vel Aristoteles versum ipse recensuit omnem.
 Debita praeceptis hinc fit reverentia priscis,
 Haec qui rite colit naturam imitabitur ipsam.
 Quasdam delicias non est praescribere, solùm.
 Vena venusta beent, et vivida gratia curam;
- 145 Musica quâ poterit ratione referre pœsin,
 Quando lepore scatent vix fando, aut arte docendo
 Quem solùm eliciant viresque manusque magistri.
 Sic ubi proposito deerit quasi regula recto,
 (Regula quandoquidem rectos nisi fiat ob usus)
- 150 Quae fini quadrare licentia fausta valebit,
 Regula talis erit; sic fortè abscindere cursum,
 Tramite de trito se flectere Pegasus aufit;
 * Dum claustris vulgi, generoso errore, relictis,
 Arripiat venerem rigidâ non arte tenendam;
- 155 Quae vix iudicium cunctata vel, occupat omne
 Cor hominis, subito gaudetque superba triumpho.

Ver. 148.] Neque enim rogationibus, plebisve scitis sancta sunt ista praecepta, sed hoc, quicquid est, utilitas excogitavit. Non negabo autem sic utile esse plerumque; verum, si eadem illa nobis aliud suadebit utilitas, hanc, relictis magistrorum auctoritatibus, sequemur. *Quint.* lib. ii. cap. 13.

* In hoc loco ordo versiculorum duorum, qualis in prioribus obtinuit editionibus, transpositus est.

- Qualiter intensis aliquando probantur ocellis,
 Quae quasi naturae rudiori ex ordine turgent,
 Informes scopuli, projectum immanequae praeceps.*
- 160 Nobilis excessus donandus acumine magnis,
 Ausis, nec scito delendas iudice, mendas :
 Sin licet, ut veteres ipsorum oracula frangant,
 Ut sibi decretas leges solvère tyranni,
 Praesentes caveant ! at si quis laederet ipsam
- 165 Legem, nemo scopo legum bene sanus aberret :
 Saepe nec offendas, nusquam, nisi fortè coactus,
 Et cave quod videas ex priscis tale quid ausum ;
 Sin aliter, criticus, doctis metuendus in armis,
 Dilacerat famam, legesque exercet acerbas.
- 170 Quidam etiam, veteres aggressi, crimine fingunt
 Has vetitas veneres, nimiùm quasi lege remotas.
 Monstrosè informes aliquae tumuere figurae
 Per se, contiguus quotiesve invadit ocellus ;
 Quaeis autem, positumque et lumen idonea nactis,
- 175 Debita conciliat nitidas distantia formas.
 Dux itidem sapiens haud ordine semper aperto
 Disponet turmas, belli distinguere pompam ;
 Sed pro re atque loco varians saepissime paucas

* In quibusdam libris hoc Distichon statim insequitur.

But Care in Poetry must still be had,

It asks Discretion ev'n in running mad.

Est adhibenda tamen non parvula cura pœsi,

Sit modus insanis, et cum ratione furendum.

Atque aliam diversitatem a nuperioribus editionibus, nisi fortè unam aut alteram, planè verbalem, nuperrima Warburtoni vix habet.

- Exhibeat vires, simuletque fugamque metumque.
- 180 Ponimus ut maculas fructum quoque saepius artis,
 Nostraque nutantem depingunt somnia Homerum.
- Lauro immortalis priscorum altaria florent,
 Relligione virent quâdam, temnuntque profanos:
 Flammarum rabiem, livoris et acre venenum,
- 185 Horrificas acies et sec'la voracia ludunt.
 En viden' ut docti thura undique plena ministrant!
 Diversas audin' linguas coalescere plausu!
 Tam bene promeritas laudes vox consonet omnis,
 Concentuque uno celebret gens singula tantos.
- 190 Maeste igitur pia turma esto virtute triumphans,
 Laurigeri vates, nati melioribus annis,
 Aeternum haeredes, vivacis et undique, famae!
 Tempus alit vestros, secumque extendit honores,
 Flumina ceu aucta tument ex longo amplissima cursu:
- 195 Nomina vestra canet ferissimus ordo nepotum,
 Cum terris, dubio quas tempore fata recludent!
 O quantum vellem minimo mihi fervere pectus
 Sacrae scintillâ flammae quae vestra bearit!
 (Qui procul et nimium teneris vos insequor alis,
- 200 Scribendi trepidus, relegendo utcumque calescam)
 Quâ doceam levibus malè notam vatibus artem,
 Diffisis proprio meliorum ediscere sensum.

Ver. 181.] Modestè et circumspècto iudicio de tantis viris pronunciandum est, ne (quod plerisque accidit) damnent quod non intelligunt. Ac si necesse est in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere, quam multa displicere maluerim.
Quintil.

- II. PRAE variis causis, hominum quae fallere jungunt
 Judicium, et mentes de recto flectere cursu,
 205 Efficit una magis, stultis fere semper inhaerens,
 Praevalet in curvum, falsoque superbia cernit.
 Nam quantum renuit natura quibusque mereri,
 Ventosi his tantum fastus neque parca ministrat.
 Corpore sicut enim, plerumque et mente videndum est,
 210 Languentes vires, venasque tumescere flatu,
 Absente ingenio nos celsa superbia nutrit,
 Occupat aë sedes amplas rationis inanes:
 Judicium nubes sine rectum dissipat istas,
 Infilat alta dies, intensaque gloria VERI.
 215 Crede parum tibi met, propriasque attingere culpas,
 Omnis consultus sit amicus et — invidus omnis.
 Doctrinae est modicum nugae, multum unde periculi,
 Pocula Pieridum vel nulla vel ampla bibendum:
 Hic delirus erit parcus qui admiserit haustus,
 220 Quin pleni calices mentes et acumina reddent.
 Protinus ardescens stimulantia dona Camoenae
 Spirat summa artis sibi multum fisa juvenus;
 Debilis et fallax tenerae dum mentis ocellus
 Prospicit, heu! breviter, perlongi nescius ultra;
 225 Progrediendo autem non absque stupore videntur
 Longinquae scenae, queis vasta scientia floret.
 Aethereas laeti sic primò ascendimus Alpes,
 Vallibus elapsi nubes pervadimus udas;

- Mox nivium aeternos tractus superâsse videmur,
 230 Ultima dum montes, dum nubila primaque habentur;
 Queis tamen accessis, horrendum visere, quantâ
 Scabritie scopulos, spâtiûmque immane meandum!
 Ingens unde vagos lassat prospectus ocellos,
 Montibus exurgunt montes, atque Alpibus Alpes.
- 235 Ingeniosa leget iudex sanissimus, ac si
 Spiritus exacuit similis criticum atque pœtam:
 Perlustrat totum, culpâre nec invidus instat
 Queis mentem natura movet, rapiuntque Camoenae:
 Carpendi haud studium tenet hunc stupidum atque malignum,
- 240 Quò minùs ingenii venâ oblectetur amoenâ,
 Quae generosa animo perfundit gaudia honesto.
 Interea versùs, qui nec variant fluitantve,
 Integrè stupidos, humiles solenniter omnes,
 Quum citra normas constanti limite reptant,
- 245 Vix equidem culpâre licet — dormire licebit.
 Quod placet ingenii (nam formae more placebit)
 Haud concinna quidem est cujusdam fabrica partis;
 Non labrum aut oculus nobiscum est ipsa venustas,
 Integra sed facies, sociatae summaque formae.
- 250 Sic ubi dulce tumens quoties se tollit in auras
 Alta domusque tui mirac' lum Romaque mundi,
 Exerit impariter sese pars nulla seorsim,

Ver. 235.] Diligenter legendum est, ac pene ad scribendi sollicitudinem; nec per partes modò scrutanda sunt omnia, sed perlectus liber, utique ex integro, resumendus. *Quintil.*

- Cuncta sibi concors oculisque liquecit in unum ;
Nil falsò longum, latumve altumve videtur,
255 Totum rite quadrans generosum turget ad auras.
Cernere qui sperat scriptum, mendâ absque, venustum;
Sperat quod nusquam est, nec erat, neque secula cernent.
Propositum semper finem scribentis habeto ;
Nemo tenet quoniam plus quàm statuisse volebat ;
260 Tramite dum rectò modò rem deduxerit aptè,
Stramineas jubeo maculas decedere laudi,
Qualiter urbanos, vel taliter ingeniosos,
Res, locus et ratio moneant quandoque, minorem;
Majus quò evitent delictum, incurrere mendam.
265 Surdescant critici monitis per saepe minuti ;
Certiùs est aliquas nugas nescire decorum.
Postponendae artis plerique unius amantes
De toto censent ut parti sufficit isti :
Differitur de principiis, sed opinio vincit,
270 Stultitiaeque uni faveatur ut omnia torquent.
Olim fertur eques, quali La Mancha superbit,
Fortè viâ occurfat vati, cui plurima verbis.
Appositis adeò pandit, vultuque sagaci,
Ac valuit Graeco clamans de dramate DENNIS.
275 Praecipites fatuosque palam decreverat omnes,
Audebant quoties stagiraea relinquere iussa.
Judicis occurfu tanti quum scriptor ovaret,
Consilii causâ pretiosa tragoedia prodit ;

- Fabula, subjectum recitantur, pandit abunde
 280 Temporis atque loci feriem, pathemata, mores,
 Quae cuncta ad normas posuit feliciter omnes,
 Si modò fas fuerit solenne filere duellum.
 Nec mora, clamat eques, "solenne filere duellum!"
 'Pro certo, vel Aristotelen contemnimus ipsum.'
 285 "Haud ita per coelos, jurat furibundus, oportet
 "Armigeros, equites et equos decorare theatrum."
 'Agminibus tantis erit angustissima scena;
 "Extrude deinde novas, infit, vel agatur arenâ."
 Parvo ita iudicio critici, levitate sed altâ,
 290 Gens sciola, haud sapiens, vix culta, at spernere prompta,
 Parcîus auscultant normis, et in artibus errant,
 Moribus ut multi, affectando singula tantùm.
 Sunt qui argutias solum tenuere probandas,
 Distichon omne volunt rutilisque resurgere formis.
 295 Istis scripta placent queis apta et propria defunt,
 Ceu chaos ingenii, rudis indigestaque moles.
 Indocti pariter pictores atque pœetae
 Ducere nativas species, vultumque loquacem,
 Auro cum gemmis onerârunt undique partes,
 300 Quò tanto obducant, vel pensent, tegmine mendas.
 Sanius ingenium natura est culta venustè,
 Multi quale putent, tam faustè nemo profatus;
 Intuitu quoddam quod primo cernimus aequum,

- Excitat hinc mentes, et imago in mente refulget.
- 305 Sicuti permixtas lumen dulcescit ob umbras,
 Grator ingenii vis simplicitate pudenti:
 Nam poterit libris nimium falis esse saluti,
 Corpora ceu pereunt turgentia sanguine multo.
 Bella loquela aliis et sola placere valebit,
- 310 Hi censent libros, homines ceu femina comptos,
 Hinc mos est laudare stylum fere caetera caeci,
 Materiem sapiatve scopumve intelligat ullus,
 Frondibus aut verbis ubi planta aut scripta redundant,
 Vix magnam fructûs sensûsve tuebere messem.
- 315 Prismatis instar enim facundia falsa colores
 Undique vulgares livit, vix cernere rerum
 Est veras species, tota indistincta refulgent.
 Rectum ast eloquium, Phoebi quasi luce refertum,
 Illustrat radiis, ornat subjectaque veris,
- 320 Oppositum haudquaquam mutans, licet omnia inaret.
 Quum cerebri species depingunt verba, sciendum
 Ista decent quantum respondent rite figuris;
 Vilis imago quidem verbis larvata sonoris
 Rusticus ut rutilat regali gressus in ostro.
- 325 Dissimilemque stylum diversa objecta merentur,
 Ut varii vestes sunt ruris, et urbis, et aulae.
 Priscorum ex verbis quidam insidiantur honores,

Ver. 327.] Abolita et abrogata retinere insolentiae cujusdam est, et frivola in parvis jactantiae. *Quintil. lib. i. cap. 6.*

Opus est ut verba a vetustate repetita neque crebra sint, neque manifesta, quia nil

est

- Sermone antiqui saltem, sensuque recentes;
 Monstroso usque stylo cum carmen inane laborent,
 330 Rite stupent fatui, doctos ridere necessum.
 Sicuti * Fungoso comoedia monstrat, et istis
 Contigit infulsâ levitate expandere vestem,
 Qualem urbanus heri cultûs pro more remisit.
 Denique sic tantum vates imitantur avitos,
 335 Simius ut proavos illorum in veste volutus.
 Norma modis verbisque eadem inservire valebit,
 Pravis et priscis nimum, temerèque novatis:
 Nuper fictorum neque praecipiteris in usum,
 Desuetas voces neque tu postremus omittas.
 340 Sed tantum numeros censent plerique poetae,
 Aut scandunt, tolerant nulla aspera, laeve quid ardent.
 Mille quid illecebrae musis fulgentibus? usquam
 Mollis inepta cohors mulcendas praebuit aures;
 Quis solum attracti tales Heliconâ petebant
 345 Enerves animi; sic multi templa frequentant,
 Haud pietate quidem, dulci at modulamine ducti.
 Hi paribus cupiunt pedibus procedere musam,
 Auris hianti etsi vocali ut saepe fatiscit,

est odiosius affectatione, nec utique ab ultimis repetita temporibus. Oratio, cujus summa virtus est perspicuitas, quam sit vitiosa, si egeat interprete? Ergo ut novorum optima erunt maximè vetera, ita veterum maximè nova. *Quintil.*

* In comoediâ *Johnsoni*, cui titulus, *Quisque pro suo mare.*

Ver. 340.] Quis populi sermo est? quis enim? nisi carmine molli
 Nunc demum numero fluere, ut per laeve severos
 Effundat junctura unguis: scit tendere versum

Non secus ac si oculo rubricam dirigat uno. *Perf. Sat. I.*

Ver. 348.] Fugiemus crebras vocalium concursiones, quae vastam atque hiantem orationem reddunt. *Cic. ad Heren.* Vide etiam *Quintil.* lib. ix. cap. 4.

Forſan opem interea expletiva et dantque puſillam,
 350 † Bis quinque et verba heu cruda unâ in lineâ hebeſcunt.
 Pergitur, aeternùmque tenore feruntur eodem,
 Nec bene praeviſi rhythmî remorantur euntes.
 * Linea frigiduli meminit ſi quae una Favonî,
 Proxima, quàm gratum! flat multâ ex arbore flatum;
 355 Murmure ſi currat rivus, dum dulce ſuſurrat,
 Finitimus ſomnis fit lector, et oſcitat omnis.
 Denique juxta imum, carmen, quaſi cuncta coronet,

† Haec linea, quam reprehendit culpam aptiſſimè depingens, vernaculè conſtat decem monosyllabis, queis ſermo Anglicus ſat abundat; neque per decem monosyllabas latinas exprimenda eſt. Numerum verò vocalium ſervare, et verſiculi pigritiem et cruditatem, lepidiſſimè affectatam, imitari quodammodo conati ſumus.

* Quatuor hi verſiculi, ut appellantur, leonini, taliter ab interprete finguntur, quòd pœta elegantiſſimus hic carmina facetè ridet, quorum laus omnis in quâdam enervi mollitie, et rhythmò laeviori tantummodo conſtat. Quare tales voculas in primo utriuſque diſtichi verſiculo praemiſit, quales, apud vulgus hocce verſificatum, fere ſemper reſpondentur rhythmis iſſiſſimis, quos in ſecundo ſubnexuit. Et quemadmodum cantilenae ejuſmodi de tricis plerumque vel tritiſſimis verſantur, et carmine *μονότονον* productae ſunt, quae cuncta legentibus faſtidium et oſcitationem inducere ſolent, lepidiſſimus aſſerit, quòd ſi verſificator iſtiusmodi verſiculum, rhythmî gratiâ, ut ſaepe contigit, voce *ſamno* clauſerit, legenti re ipſâ ſomnum protinus adfuturum. Atque haec in exterorum gratiam, modò haec exteris fortè legere dignetur, omnino annotabam; ipſa quoniam verba, quae hic anglicè rhythmò conſentiunt, haud eâdem latinè conſonantiâ, ſi ita dicam, gaudent.

Neque hic pigebit adducere eoſdem Anglicos verſiculos ita tranſuſos, ut, vernaculorum inſtar, rhythmî in fine linearum tantummodo conſonent.

Si quando Zephyrus refrigerat undique prata,
 Flamina continuo ſpirant ex arbore grata;
 Hic ſi dulce fluit vitro ſons clarior omni,
 Protinus expectes, nec fruſtrâ, munera ſomni.

Quae ſanè carmina, noſtris longè terſiora, utpote ab amico elegantiſſimo concinnata. nequaquam certandi vanitate ductus attulerim, ut ex ipſis abunde liquebit, ſed in legentium delicias, et cum magno HARVEO noſtro, apud quendam pœtam haud ignobilem, dicere geſtiens,

————— mihi eſt et amabile vinci,
 Conſcia mens recti ſibi gaudet, ſplendida nuſquam
 Facta premit, nec quicquam alienis invidet auſis. *Muſ. Auglican.*

- Futile quid furgens, reputatum argutius ipfis,
 Claudit Alexandri liquidas sub nomine nugas,
 360 Saucius utque anguis tortu et torpore trahit se.
 Tales infipidos rhythmos modulentur, amentque
 Quid lene aut lentum languet, vel laeve movebit ;
 Te volo nervosâ versûs dulcedine captum,
 Quo DENHAMI vires WALLERI melle liquebunt.
- 365 Artis erit rectè scribendi prompta facultas,
 Ut facilis moveat saltandi quisque peritus.
 Aspera nec satis est auditum offendere nusquam,
 Debet et ipse sonus mirè ipsum effundere sensum.
 Lene fluunt numeri, leni aurâ flante Favonî,
 370 Laevis et instar aquae laevissima carmina vadunt ;
 Fluctus sin fremitu resonantia littora plangent,
 Versus rauci iterum resonante fragore boarent.
 Ingens quando Ajax immanè attollere saxum
 Audet, lento onerosum est progressum ordine carmen :
- 375 Haud ita quando fugit, velut aura, Camilla per agros,
 Vix tetigit segetes, nèque miscuit aequore plantas.
 Audin' Timotheus vario modulamine mentem
 Ut stimulat, mulcet, moerorem et gaudia vibrat !
 Ut magicas mutat chordas, Ammone creatus
- 380 Raptus in arma ardet, lenive liquefcit amore :
 Nunc furor ipse ferox oculis scintillat, at eccum
 Humescunt ! furtim et suspiria pectora ducunt !
 Perfus cum Danais pariter natura movebat,

Nec mundi puduit victorem cedere musis.

385 Tu medium usque colas, vitii purgatus eorum,

Qui vix quod fati est, sed vix, nimumve beantur.

Ex levibus mendis acri cave bile tumescas,

Quas parvum ingenii, non parva superbia carpat;

Ut stomachos, cerebrum vix sanum rite futurum,

390 Nausea cui ex cuncto est, quod nil bene digerit usquam,

Nec tamen ingenii saltum rapiaris ob omnem;

Laudavit sapiens, multò admirantur inepti.

Tanquam auget formas aër nimbofus ocellis,

Vel pariter crassis, quasi ritu, cuncta tumescunt.

395 Extera contempnunt quidam, quidam anglica scripta,

Hic solùm veteres laudat, solùm ille recentes.

Sic ut sana fides, solertiaque asserit omnis

Sola sibi estque suis, reliqui damnantur abunde.

Turpiter ast cupiunt sibi totos credere fructus,

400 Ingenii solem paucos animâsse volentes;

Quum licèt expandat mentes regionibus austri,

Nec minùs ergo animas gelidam maturet ad arctum;

Temporis ex ortu qui sec'la per acta refulsit,

Irradiat nostros, ipsoque suprema calebunt;

405 Singula quantumvis habeant auctum atque recessum

Lucis, et inde dies crassos videantque serenos.

Denique vix studium tibi fiat acuminis aetas,

Semper enim falsum spernens amplectere verum.

Expers iudicii, vel cautior, alter amabit

- 410 Cum multis censere, et spissae adjungitur urbi,
 Ut docuit sensus populi, suffragia praebet,
 Et multis tritas sibi gaudet fumere nugas.
 Vix alii inspiciunt carmen, sed nomina vatum,
 Atque viros damnant laudantve, haud scripta legentes.
- 415 Turpe quidem pecus hoc, horum turpissimus iste,
 Segnitie in tumida magnis qui adjunctus hiavit
 Primorum mensas, criticus queis serviit, heic ut
 Nobilis ad nutum ferat, hincque reportet inepta.
 Heu! quam foeda forent modulamina talia, mecum
- 420 Texta, aut juxta auras recubanti ac aethera pasto!
 Esto at carmen idem magno feliciter ortum,
 Ut stylus effundit veneres! ut acumine ridet!
 Nobilis huic titulus maculas cito dissipat omnes,
 Sublime et magnum dum singula clausula spirat!
- 425 Saepius hisce modis imitando vulgus oberrat;
 Saepe quidem docti, ne quos imitentur, et usque
 Averfantur eò plebem, vel recta moventem,
 Valdius oppositi ut mallent errare seorsim:
 Schismatici pariter credentes rite relinquunt,
- 430 Et tantum ob nimium vafri damnantur acumen.
 Manè quidem laudant alii quae nocte repellunt,
 Ultima dum secum sibi semper opinio plaudit:
 Istis musa foret, quasi forsitan amica, per horam
 Ut multum venerata quidem, malè sprete sequenti.
- 435 Judicio quoniam vacui, tanquam oppida nuda,

- Nunc rationis erunt, nunc ocyùs occupat error.
 Causam fortè rogas, gnaros magis illico dicunt,
 Scilicet hesternas hodierna scientia temnit;
 Creditur insulfos, sapimus quia tanta, parentes,
 440 Nos itidem sciolos proles sapientior arguet.
 Insula fervebat quondam haec zelo et scholasticis,
 Plurima qui tenuit fragmenta habuere profundum;
 Cuncta, fidemque evangeliumque agitâre sophistae,
 Omnis egens sensu, quo vinci aut vincere posset.
 445 Nunc sectatores Scotique Thomaeque quiescunt
 Vilibus in vicis, affines inter Arachnas.
 Tot sin ipsa fides varios admisit amictus,
 Ingenium mirare novis quoque flectere formis?
 Dum malè negligimus quaeque obvia et apta niterent,
 450 Audiit ingenium quale urbs fancivit ineptum;
 Integram vates famamque ascendere sperant,
 Ipsis sat validam modò plaudat turba cachinno.
 Auscultant aliqui sibi parteque menteque junctis;
 Prae se dimensî cunctos quasi regula toti:
 455 Sed malè quis vellet meritum decorare dolosus,
 Sub larvâ alterius laudis qui captat honores.
 Efficit ingenii partes discordia regni,
 Publica privatam dum rixa exasperat iram.
 Fastus, item livorque et ineptia saeva DRYDENO
 460 Saepius ut clerus, criticusque et bellulus obstant;
 Quin ratio invaluit, tacitis permulta jocatis;

- Emergens virtus quandoque accederit auras,
 Ipse licet nostros iterumque bearet ocellos,
 Alter *Milbournus*, *Blackmorus* et invêhet alter.
- 465 Tempora fin etiam veneranda attollat *Homerus*,
 Zoilus exiliens tumulo pro more latraret:
 Grande quidem meritum livor velut umbra sequetur,
 Et velut umbra probat se haud absque existere soldo:
 Nempe invisâ acies, ceu sol coopertus, abundè
- 470 *Craffitiem* oppositi monstrat, quum nulla sit ipsi:
 Et tanquam eous *Phoebus*, nimiùmque refulgens,
 Qui proprios velent radios trahit ipsa vapores;
 Nubila quae tandem nitidum decorâre meatum,
 Splendores varii, lux latè et gloria crescunt.
- 475 Hunc ego diligerem, meritos qui primus honorat;
 Famam pene negat qui seriùs annuit illam:
 Vidimus heu! breviter rhythmos durare recentes,
 Tunc simul ac natos aequum est viguisse parumper.
 Aurea fugerunt nos secula, queis *Patriarchis*
- 480 Ceditur ingenii decimum florere per aevum;
 Nunc longaevus honos, scriptorum vita secunda,
 Decurrit, decies sextum neque praeterit annnm:
 Verba effoeta licet proli decernere patrum,
 Nobis quod *CHAUCER*, feris fieritque *DRYDENUS*.
- 485 Sic penicillus ubi fidus depinxerit aptè
 Clarum opus artificis transcriptum ex mente feraci,
 Quo novus exiliit mundus pingente citatus,

- Dum natura manum sequiturque et prompta fecundat,
Ut cocti et molles tandem coiêre colores,
490 In dulcesque liquent misturas lucis et umbrae;
Cum perlonga dies summos maturet honores,
Quaeque figura audens et mox quasi vescitur aurâ,
Perfida deficiunt arti pigmenta venustae,
Fulgentes tabent formae, tenuesque recedunt.
495 Ut malè conceptis solitum est, infausta frequenter
Ingenia haud ortum livorem exinde rependunt:
Talis adhuc juvenes vacuissima munera famae
Jaetamus; perit usque brevi levis ista voluptas:
Flos veluti nascens, et primo vere renidens,
500 Qui laetus floret, florendum ast occidit inter.
Hocce quid ingenium, curâ ac conamine dignum?
Auctoris conjux, aliis persaepe fruenda;
Si gratum multis, nos sollicitudine versat;
Plus si fortè damus, vel plura exinde requirunt;
505 Cujus marcet honor subito sudore paratus,
Angere quos certum est, gratum vix omnibus usquam.
Quod metuat malus est, timidâ pietate repellunt,
Invisum stupidis, celsi spernuntque scelesti.
Sin tantò ingenii vires inscitia pressit,
510 Ah! caveant docti saltem vitientur in hostes!
Praemia priscorum meritis porrexerat aetas;
Tentantes etiam, modò pulchrè, fama manebat;
Et ducibus quanquam solis tribuere triumphos,

- Pro clarè gestis pedites decorâre corollis.
- 515 Nunc quotus attingit Parnassi culmina celsa
 Se pravè exagitat ne quisnam affideret ipsi;
 Et dum quemque chori vatem philautia curvat,
 Sunt rixae ingeniosorum ludibria stultis.
 Immeritus magis est in alius laude malignus,
- 520 Quisquis enim vilis scriptor quoque vilis amicus.
 Propter quos turpes usus, quo tramite foedo,
 Laudis sacra fames mortalia pectora cogit!
 Haud jactes tanto te famae ardore furentem,
 Unde benignus homo in criticum malè desinat acrem.
- 525 Nam decet ut bona mens societur cum indole dulci;
 Errare est hominis, divùm est ignoscere culpis.
 Faecula sin quaedam fastûs et acoris adurat
 Sublimes animos, nondum expurgata, furorem
 Dirigat in libros vitiis majoribus actos,
- 530 Undique nunc messis, non improba scripta latefcunt.
 Turpe quid obscenum damnabit semper honestus,
 Ingenii quamvis permulto ornatur et artis:
 Quin obscenus hebes foedus quasi fiat amator,
 Qui cupit incassum, vanoque est percitus oestro.
- 535 Regna faginârunt nummi, otia, prava voluptas,
 Putida quo crescens latè alga viresceret aevo;
 Cum lascivus amor regem mollivit inertem,
 Aversum imperii curis, Martemque perosum.
 Publica res scortis gesta, atque politia mimos

- 540 Scripsit, et ingenio merces (miranda referri)
 Est data, nobiliumque et acumine nota juvenus!
 Fabula primoris stimulat recitata venustam,
 Nec malè concipiens larvata puella recessit;
 Ampliùs haud vultus velâre flabella pudicè,
- 545 Virgo favet risu, quae virgo rubere solebat.
 Externo sub rege licentia multa secuta
 Imbibit errores audacis quosque Socinî.
 Saepe fide parvâ multus clamare sacerdos,
 Emendaturi populum tria regna colentem,
- 550 Et docuere viâ magè molli attingere stellas;
 Libera quâ possit plebs coelo exposcere jura,
 Numinis imperium ne fortè habeatur iniquum.
 Pulpita defuerunt satyras emittere sacras,
 Dum vitium tremuit templo mulcerier ipso.
- 555 Taliter ingenii hortantur Titanes, et ausint
 Astra super, licitis prelum gemuitque profanis:
 Hos contra infandos critici! torquete sagittas,
 Huc tonitru, huc fulmen, rabiemque intendite totam!
 His tamen oppositi, qui sedulitate malignâ
- 560 Planè extra sensum simulabunt crimine vates;
 Prava palata malo corrumpunt optima gustu,
 Res cuncta ictericis veluti flavescit ocellis.

III. COLLIGE tunc criticis deceat queis moribus uti,
 Nôsse parum partes persolvēt judicis omnes:

565 Juncta tibi fuerint frustra ars, doctrina et acumen,
 Candorem et verum redoles ni totus, eoque
 Haud solum ut quantum judex merearis amaret
 Effari cunctus, sibi quin te expotet amicum.

Haerebis quoties de re quacunque fileres,

570 Et quae certa tenes, quasi vix tibi certa, loquaris.
 Novimus insulfos nimium, nimiumque tenaces,
 Qui semel errantes vehementer semper aberrant,
 Sit tibi praeteritas jucundum agnoscere mendas,
 Atque dies fluitans pulchre dijudicet actum.

575 Consilium, ut rectum, exquisita est arte adhibendum,
 Callida falsa minus quam vera abrupta nocebunt;
 Discent saepe viri male prompti agnosse docentem,
 Si quaeque ignorant quasi tantum oblita notares.
 Displicuit verum urbanis sine moribus, atque
 580 Doctior haud aliter sibi conciliavit amorem.

Prompti consilium semper praebete petenti,

Pessimus iste miser quicumque est mentis avarus.

Vili ex blanditia ne credita scripta nocete,

Haud adeo faciles, minus unde petentibus aequi:

585 Nec quisquis metuas sapientum incendere bilem,
 Laude quidem dignos reprehendas, constat, inultus.

Nec mala, si criticis semper fuit illa potestas,

Appius ignescit verum ocyus atque loquaris,

Fronte adeo horrenti, minitans oculisque tremendis,

590 Stat velut antiquo saevitque tapete tyrannus.

- Sed cave ne stultum pungat censura potentem,
Torporem cui legitimum cunabula donent;
Tantis, invito Phoebō, licet esse pœtis,
Nudi ut literulis academica nomina jactent.
- 595 Neglectis satyris des vera referta peric'lo;
Nausea blanditiæ vates teneatque dicantes;
Queis, ubi quemque virum laudant, ita credere cunctos,
Ac si pollicitis nequaquam scribere plura.
Est aliquando tuam censuram mittere rectum,
- 600 Te ut miserante queant sibi multum plaudere segnes:
Rite filet sapiens quum nil contendere profit,
Censor anhelet enim, necdum hi malè scribere cessant:
Murmura nec vario recinunt modulamine pigro,
In somnos demum stimulati, ut turbo flagellis.
- 605 Quò renouent cursus sibi tantum sufficit error,
Posteaquam titubant veluti properare caballi.
Quantas istorum turmas, minimèque pudentes,
Nusquam poenituit rhythmicque senescere metro;
Quin rabiðâ pergunt venâ fremuisse pœtæ,
- 610 Faecula vel donec se extruderit atra cerebri;
Eliciant crassæ sedimentaque viscida mentis,
Nec validi versu furiant committere rhythmos.
Sunt equidem tales, quos nulla modestia movit;
Nec critici defunt fani pariterque pudici.
- 615 Libris factus hebes, lectorum nescius, omne
Cui replet cerebrum, caeco ordine, docta supellex,

- Multa sibi credens, proprias accommodat aures,
 Vel propriis labris, ipsique oracula spirat.
 Omnes ille legit libros, et vellicat omnes,
 620 Quae pulchrè finxit DRYDEN, figmentaue *Durfei*;
 Edere vult plures furto pretiove parata;
 Nec * Dispensarium scribebat GARTHUS ipse.
 Fabula nata nova est? sua penna benigna pœetae
 Monstravit culpas — sed rarò audire pœetas.
- 625 Vix locus usque facer tantos deterret ineptos,
 Obrueris templo Pauli, cingenteque vico:
 Vitae et pacis amans frustrà haec sperabis ad aras,
 Irruerent stulti reverenter ubi angelus instet.
 Se ratio trutinans cautè ipsa modesta profatur,
- 630 Inspiciatque domi, nec multùm excurrerit, atqui
 Multa crepans magno strepitu vecordia fundit;
 Dum pudibunda parum, cuncta atque obstacula temnens,
 Intonat erumpens, violento et volvitur aestu.
- Quis tamen ille capax monitum praebere recoctum,
- 635 Impertiri avidus, verùm absque tumore scientis?
 Invidiâ immotus, quem nusquam gratia flexit,
 Nil crassè amplexus, casuve peritus, at arte;
 Doctus, at urbanus, quamvisque urbanus, apertus,
 Temperie qui audet, cuique est ira ipsa benigna:
- 640 Qui promptus maculas, et sponte recludit amici;
 Laetior at meritas insensu dicere laudes:

* Carmen, quàm maximè lepidum et elegans, sic appellatum.

- Judicio felix terſo, latèque capaci,
 Quod penetret libros, varium genus atque virorum;
 Colloquio ingenuusque, animi quoque temnere factum,
 645 Et, ratio quoties patitur, laudare parati?
 Sic critici viruere olim pauci indole cultâ,
 Tempore quos nôrunt meliori Roma et Athenæ.
 Primus ARISTOTELES liquit celeberrimus oram,
 Ventis vela deditque aufus tentare profunda:
 650 Doctus inire viam tutò penetraverat altè,
 Lumine Maeonio, radianti fidere, ductus.
 Hactenus immunes, vinc'lis vatesque ſoluti,
 Gens fera, et incultâ quæ libertate ſuperbit,
 Ipfius admittunt leges, promptique fatentur,
 655 Ingenii ſceptrum naturæ victor haberet.
 Arte venuſtâ equidem neglexit HORATIUS artem,
 Judicium multum fundens abſque ordine multo;
 Hic, quaſi colloquio, tibi paſſim dicet amicus,
 Atque modo facili, præcepta verenda pœtæ.
 660 Judicio ſcriptor tanto, tam divite venâ,
 Ut ſcribendi audax, dixiſſes, judicet audens;
 Quantâ aſt temperie cenſet, quum ſcripſit acutum;
 Haud præceptum urget quod non ſua pagina ſpirat.
 Curritur at contrâ criticis noſtratibus, atque
 665 Ut multâ cenſent flammâ, dum phlegmate ſcribunt.
 Neve magis pravè Flaccus transfertur iniquis
 Vatibus, ac criticis malè tortus ubique citatur.

- Ecce DIONYSIUS simulacra expandit Homeri,
 Atque novas veneres hemisticha fingula produnt!
- 670 PETRONIUS placuit phantasiâ et arte facetus,
 Quem doctum musis habilemque poliverat aula.
 Pagina maturi plenissima QUINTILIANI
 Optima, perspicuisque modis, praecepta ministrat:
 Commodè ut arma tenent armamentaria pulchro
- 675 Ordine disposita et variis distincta figuris;
 Haud solùm intenti quòd delectentur ocelli,
 Quin promptè ut, cum res possant, habeantur in usum.
 Castalidum LONGINE chorus tibi sufficit omnis,
 Audenti criticoque favent afflamina Phoebi.
- 680 Frigidus haudquaquam judex, fideique tenacis,
 Qui fervens censet, sed semper honestus et aequus;
 Cui praecepta micant propriis exercita normis,
 Praescriptumque aliis magnum sublime refulget.
 Lucida censorum series succederat illis,
- 685 Quis sanae leges latae atque licentia pressa est.
 Creverat imperio doctrinaque Romaque laeto, et
 Victrices aquilas sunt musae artesque secutae:
 Utraque succumbunt simili moritura sub hoste,
 Aevum videt idem doctrinae et fataque Romae.
- 690 Dira superstitio didicit fociare tyrannis,
 Et jungunt torquere viros, mentesque virorum.
 Ampla fides multis fueratque scientia parva,
 Sanctus et, ingenio quicumque est tardior, audit.

- Diluvium ecce recens doctrinam rursus inundat,
 695 Perficiunt Monachi coeptas Gothisque ruinas.
 Vir tandem magnus, rumore at laefus iniquo,
 Acrior in cleros, clerorum lumen ERASMUS,
 Opposuit caeci rapidis se erroribus aevi,
Vandalios risu hos sanctosque expulfit arenâ.
 700 Pontificis viden' at per tempora laeta LEONIS
 Lauros cuncta colit fittas musa excita fomno.
 Antiquus Romae genius, vigilansque ruinis,
 Pulveream excuffit nubem, erexitque verendum
 Majestate caput.
 705 Jam sculptura redit, redeunt artesque sorores,
 Saxa petunt formas, rupes animantur et halant :
 Tempia melo surgunt magè dulci augusta per auras,
 Pingebat RAPHAEL, et carmine VIDA nitebat,
 Non stygiis cohibendus aquis, nam tempora Vidae
 710 Rite decent hederæ critici, Phoebeaque laurus.
 Mantua vix miseram vocitet jam celsa Cremonam,
 Proxima quae positu, nunc est quoque proxima famâ.
 Mox tamen Aufoniâ bellis depulsa nefandis
 Antiquos exul fines vaga musa reliquit ;
 715 Vifit hyperboreos latèque scientia campos,
 Quin artem criticam praefertim Gallia fovit :
 Legibus infervit populus servire paratus,
 Sceptra tenente BOILEAU, quae gefsit Horatius olim.
 Externas valde averfata Britannia normas

- 720 Longùm invicta armis vel commoda respuit artis :
 Noluit ingenio manicas gens effera et audax,
 Romanisque iterum crudescere bella videntur.
 Sed quidam ex paucis fuerant ratione notandis,
 Qui minimum tribuere ipsis, ut multa sciebant,
- 725 Ausi prisorum meliorem agnoscere causam,
 Ingeniique modum hìc statuerunt legibus aequis.
 Talis musa fuit, cui normae et scriptaque monstrant,
 “ *Quòd bene scribendi ars naturae est summa potestas.”
 Talis ROSCOMMON doctus, pariterque benignus,
- 730 Moribus ingenuis nituitque et nobilis ortu :
 Graecia quid scriptis meruit, quid Roma sciebat,
 Aequum et cunctorum meritis sua sola latebant.
 WALSHIUS (heu fuerat!) talis, iudexque et amicus
 Musarum, ut callens pravo fecernere pulchrum :
- 735 Lenior ad maculas, meriti sed largus honoris,
 Emunctae quantum naris! quam pectore puro!
 Summissam hanc laudem plorati admittite manes,
 Hanc saltem ad tumulum pia grataque musa ministret,
 Cui tenues olim voces in carmen alebas,
- 740 Dixisti metam, tenerasque expertus es alas ;
 Quae, duce defuncto, sublime haud tendere spirat,
 Quin studet exiguis modulis breve condere carmen.
 Felix, indoctis proprios modò dicere possim
 Defectus, moneam doctosque attendere notis.

* Versiculus secundus illustrissimi ducis Buckinghamiae defuncti poematis de poesi.

745 Censuram ridens, nimirum neque laudis avarus,
Dum laudare aveo, generosus pandere culpam;
Aversus pariter blandiri, aut laedere quenquam,
Conscius errorum, quos caedere sedulus opto.



THE ARTS OF THE EAST

... of the ...
... of the ...
... of the ...



ELOISA ABELARDO.

ARGUMENTUM.

Abelardus et Eloïsa seculo post CHRISTUM duodecimo clarebant: utrique eruditione et formâ tunc temporis præstantissimi, nullâ autem de re celebriores, quàm de miserimis eorum amoribus. Post longum aerumnarum decursum ad diversâ coenobia se receperunt, quicquid sibi vitæ superesset religioni dicantes. Multis post hanc separationem annis accidebat, literas Abelardi ad quendam amicum sui infortunii narrationem complectentes, in Eloïsæ conspectum fortuito advenisse. Hæc amorem omnem, et amorum resuscitantes memoriam, celeberrimis illis epistolis ansam dabant, ex quibus epistola subsequens partim expromitur; et quæ tam veram et vividam exhibent effigiem luctationis gratiæ et naturæ, virtutis et amoris.

HAEC inter seclusa viris, cellasque verendas,
Quæ semper sublimis habet meditatio coeli;

Soliciti multùmque animi versantur in horas,

Quid mihi desponsæ superis velit iste tumultus!

5 Hunc ultra extremum quid mens velit aegra recessum?

Vel longè oblitos quid cor mihi suscitât ignes?

Fervet adhuc crudelis amor, scripturam Abelardi

Agnosco, nomenque labris Eloïsa vorabit.

Semper amatum eheu! nomen, fatale, premendum!

10 Haud labra hæc violes quæ sacra silentia firmant.

Sede sub imâ animi cor id usque recondere cures,

Quam veneranda Dei, dilectaque forma Abelardi,

- Ah! nimiùm commista tenent, infanda fateri!
 Haud elementa velim scribantur nominis — eheu!
- 15 Scribitur en! ipsum; lacrymae delete dolentis.
 Perdita quas perdit lacrymas Eloïsa precesque,
 Quae suspirat amor manus expedit, ipsaque mittit.
 Usque subobscurâ saevi qui includitis alvo
 Moerentum gemitus, perpeffas sponteque poenas
- 20 Muri! vos scabrae rupes, genibusque piorum
 Sanguineae, atque cavernae hirsutaque sentibus antra!
 Relliquiae sacrûm! que's plurima * pallida ocellos
 Pervigilat virgo! et referentia marmora sanctos
 Clementes, lacrymas quae scenâ hâc discitis aequas;
- 25 Frigida vestrum instar licèt extem immota filensque,
 Saxea non verè penitus sum oblita meorum:
 Me Numen frustra totam asserit, impedit ipse, et
 Dimidio cordi natura rebellis inhaeret:
 Nulla malum cohibent jejunia votave pulsum,
- 30 Nec lacrymae multos doctae fluitare per annos.
 Litera quamprimum tua sit referata trementi,
 Pernotum aerumnas mihi nomen ut integrat omnes!
 O mihi quàm moestum! ter charum! et semper amandum!
 Stipatum lacrymis suspiria quale susurrant.
- 35 Horreo vel quoties proprium mî occurreret, haeret
 Semper enim, sequiturque statim quodcunque malorum.
 Erumpunt fletus uberes ut epistola pergat,

* Per Hellenismum, ut — fractus membra, albus dentes, caetera fulvus.

- Tristia fata docens, feriem variamque dolorum.
 Nunc tibi fervet amor, juvenis tamen illico friges
 40 Praematurè eheu! marces latitasque recessu
 Denique coenobii, cupidas ubi vivere flammæ
 Relligio renuit quàm austeræ, pathemata caedens
 Optima, laudis amor cum spesque recessit amoris:
 Scribe, dein scribas, mihi cunctaque, ut ipsa vicissim:
 45 Moestitiâ moerorem aequem, et suspiria reddam
 Ingeminata tibi; non hæc fortuna nec hostis
 Abstulit; estque istis Abelardus saevior? absit!
 Copia restat adhuc lacrymarum, has reddere possum,
 Poscit amor precibus tantùm impendenda diurnis:
 50 Languida non placitum magè pensum hæc lumina præstant,
 Lectio vel lacrymae nunc sola morantur ocellos.
 Divide moerores igitur, solamine tristi hoc
 Utere, vel potius totum mihi cede dolorem.
 Literulas coeli dederant solamina moestis,
 55 Absenti juveni captisque favere puellis.
 En! vivae ut spirant! et jussa Cupidine dicunt:
 Non tacitæ, secretæ autem, dum pectoris imi
 Pingunt fide ignes crudeli tabe pefesi.
 Virginis hae votum molle absque timore fatentur,
 60 Absque rubore tepent, et pectora tota profundunt;
 Dulcia maturant commercia numen amoris
 Qualia pectoribus distantum inspirat amantum,
 Adque polum volvunt suspiria nata per Indos.

Scis quàm pura tuas excepi grataque flammæ,

- 65 Tegmen amicitiae tua quando cupido subivit.
 Angelicâ specie mea te phantasia pinxit,
 Ceu quoddam effluvium mentis summae * omnivenustae.
 Gratum ridentes oculi jubar omne coquebant
 Puriùs usque tui coelesti lumine dulces.
- 70 Infons spectabam, superi auscultare canentem,
 † Veraque mellifluis stillant magè dia labellis.
 Talibus ex adytis quaenam praecepta repellam?
 Suadebant citiùs nullum mihi crimen amare.
 Per calles sensus illecta ferebar, et ipsum
- 75 Quem redamavi hominem coelestem haud esse volebam :
 Praemia sanctorum quàm obscura remotaque cerno ;
 Invideo nec coelum illis te propter omissum.
 Ah! memores quoties dixi, dum nubere suades,
 Dispereant leges, nisi quas Amor ipse sacraavit.
- 80 Liber ut aether amor, cum vinc'la jugalia cernit,
 Cerritus teneris momento diffugit alis.
 Divitiae nuptam maneant, comitentur honores,
 Vita decorè ducta et fama pudica coronent.
 Ambitionem aliam sincerus dissipat ardor,
- 85 Fama, honor et nummi, quantum heu distatis amor!
 Irâ incensus amor, sacra ut violantur amoris,
 Motibus his animi diris ulciscitur omnes
 Nymphas atque viros, qui vafro errore labascunt,

* Formatur ex analogiâ cum omnigenus, omnivolus, &c.

† Praeceptor ejus fuerat in Philosophiâ et Theologiâ.

- Plus vel amore ipso quaerentes inter amandum.
- 90 Captus amore mei fit rerum orbisque potitus,
Spreviffem foliumque orbemque ego spernerem et ipsum;
Nulla ego participem diademata Caefaris uxor,
Depereo qualem cognofcar talis amica :
Vel magè fi fuave eft, vel fi magè liberum amicae
- 95 Nomine, me talem tibi fuffice tale precanti.
Fortunatam fortem ! ubi mens cum mente cohaeret,
Libertas quando audit amor, naturaque lex eft.
Deficiunt tunc nulla, beant, et utrique beantur,
Plufque quod appeteret vacuum non pectus adurit :
- 100 Quae reputant vel utrique ſciunt ante edita labris,
Mutua pectoribus tepidis dum vota vigefcunt.
Haec, fi terra tenet, fuit haec mera vera voluptas,
Hic Abelardi olim fuerat ftatus, hic Eloifae.
- Quantùm heu mutatus ! nova me quaenam horrida torquent !
- 105 Vinc̄tus anhelat amans, nudusque et fanguine foedus ;
Unde Eloifã aberam, vox cujus, pugio, vires
Crudeli obftiterint fato, juffifque cruentis.
Barbare fiſte manum, dirum, Oh ! tibi reprime ferrum,
Crimen erat commune, et communem ipfa dolorem
- 110 Perpetiar — non pergo, pudore furoreque preffa,
Caetera vos lacrymae calidique docete rubores.
Ufquam oblitus eris folennia moeſta diei,
Hoſtia quo noſtrum vel uterque jacebat ad aras ?
Ufquam oblitus eris lacrymarum quae ora rigârunt,

- 115 Cum valedicebam mundo florente juventâ?
 Sacrum ut velamen mihi frigida labra salutant,
 Divorum statuæ trepidantque, et lampada pallent!
 Credita vix coelo est qualem victoria vidit,
 Et mea coelicolæ juvenilia vota stupebant.
- 120 Ut verò his accessi aris, licèt usque verendis,
 Crux trahit haud oculos, in te figuntur et haerent:
 Non zelus, neque gratia, amor solùm ipse citavit,
 Cunctaque disperdam cum tute negabis amorem.
 Ergo adsis, vultuque leves verbisque dolorem,
- 125 Haec tibi nunc restant, saltem haec donentur amanti:
 Usque ego deperiens tibi pectore grata reclinem
 Desuper, ex oculisque bibam quàm dulce venenum!
 Labra super liqueam, salienti adstringeque cordi, et
 O dato quæ potis es, mihi somnia caetera donent!
- 130 Non --- magis ah diversa doce me ut gaudia curem,
 Et diversa vagos mihi forma invitet ocellos;
 Splendida coram oculis coelestia pandeque regna,
 Praeque Deo jubeas Abelardi asperner amorem.
 Crede tuis saltem gregibus tua debita cura est,
- 135 Te primùm cultisque precum prolique tuarum.
 Fallacem hi mundum juvenes fugere, tuisque
 Auspiciis montes, deserta, inculta petebant.
 *Moenia sacra jadis, desertum risit amoenè,
 Floruit incultis paradisus apertus in agris.

* Coenobium fundavit et locupletavit Abelardus.

- 140 Flebat thesauris orborum nemo paternis
 Nostra pavimenta aut aras ditescere iniquas;
 Sancti ex argento morientibus additi avaris
 Hic nulli temerant Numen, falsòque merentur:
 Sed quae plana extant pietas laquearia struxit,
- 145 Atque Dei aeternas solùm resonantia laudes.
 Moenibus his solis (nostrùm heu! metâ usque dierum)
 Et domibus musco tumidis magè, culmina quarum
 Turriculae aspirant, venerando ex fornice multo
 Dum nox atra die medio minitatur, et omnes
- 150 Obscurae excipiunt lumen solenne fenestrae;
 Hac scenâ in tristi quondam radiâris ocellis
 Gratos usque dies, soles meliùsque nitentes.
 Nullius at vultum nunc pax divina serenat,
 Moeror ubique gravis saevit, lacrymaeve perennes.
- 155 Ut precibus videas aliarum tangere tentem,
 (Fraus pia! quâ permollis amor simulare benignum
 Speret) ego quid verò preces tibi tendam alienas,
 Et pater accedas, fraterque, maritus, amicusque;
 Ah! ancilla, foror, moveant te et filia, cuncta
- 160 Nomina vel chara hæc, hoc uno in nomine --- amica.
 Pinus opaca frequens, quae rupibus imminet istis,
 Altaque raucifonis agitata remurmurat auris;
 Flumina curva micant quae colles inter, et antra,
 Tinnula quae resonant rivùm, gratosque susurros;
- 165 Flamina quae trepidant morientia in arbore spissâ,

- Et lacus undatim levibus variatus ab auris;
 Harum nulla favet meditati scena, nec ulla,
 Quae miseram usque fugit, potis est revocare quietem;
 Sed nemora inter opaca, antra et tenebrosa, meatus
- 170 Coenobii longè refonos, et mixta sepulchra,
 Atra sedet bilis regina silentia nutans
 Instar ubique necis saeva, horrificamque quietem:
 Moeſta haec contriſtat totam praesentia scenam,
 Obscurat flores, et cuncta virentia fuscatur:
- 175 Torrentum intendit magè murmura rauca ruentum,
 Et magis horrendis sylvas late inficit umbris.
 Tali autem scenam semper semperque manendum,
 Quantum paret amans, exemplo tristi Eloisae:
 Sola potest mors hoc, solidum mors solvere vinculum,
- 180 Hic etiamque mei cineres post fata manebunt:
 Quidque meum fragile hic certum est sepelireque flammis,
 Et lethum expectem cum te sine crimine jungam.
 Ah! misera, in cassum es quae credita sponsa Superni,
 Pectore fassa intusque viri captivaque amoris.
- 185 Auxilium coeli! haec verum unde precatio venit?
 Perdita spes menti dederat, pietate vel orta est?
 Quam pudor usque fugit, pudor ipse gelatus, ibidem
 Aras ponit amor, vetitos accendit et ignes.
 Debeo quae nequeam, nam rite dolere deceret,
- 190 Poenitet haud culpa, sed amantem defleo raptum.
 Crimina decerno, prospectus at incitat ignes,

- Poenitet heu! tantùm veterum, nova crimina quaero,
 Grata nimis; coelis nunc supplex lugeo culpas,
 Mox tua forma subit, taedetque quòd integra vivam.
- 195 Aerumnas inter quascunque docentur amantes
 Durum sunt documen jucundae obliviae vitae.
 Quàm crimen ratione piem, dum ferveo sensu? aut
 Peccatum quo more luam peccantis amatrix?
 Charum quì objectum fecernam a crimine grato?
 200 Aut cernam doleam delicta an propter amorem?
 Flebile quàm pensum! quàm durum! extinguere flammam,
 Molli cordi adeò, tam percito itemque soluto.
 Pacatum ante statum quàm mens sic faucia noscat,
 Speret, disperet quoties! succensa dolensque
 205 Celetque et spernat, veteris nedum immemor ignis.
 Ast coeli accipiant! subito mens percita motu est,
 Non tacta, exultans; non experrecta, sed acta
 Jam propiore Deo, venias, Abelarde, doceto
 Vincere naturam; fac vitam ignesque resignem,
 210 Tamque ipsam quàm te, terrena, et cuncta nisi ipsum
 Numen, et huic solùm cor totum addicito, solus
 Rivalisque Dei, solo et superandus ab illo.
 Sorte ut felici fruitur sine labe puella!
 Sponsa Dei, mundum fugiens, oblitaque mundo:
 215 Infonem radii mentem usque beare fereni;
 Fundit grata preces, et pura cupidine ab omni est.
 Huic labor atque quies vicibusvolvuntur in aequis,

- Vel somni huic parent, cessare et flere parati ;
 Vota quieta extant, affectus possidet aequos ;
 220 Stillant gratum oculi, coelos suspiria tangunt.
 Gratia fulget, eam radiis circum usque serenis,
 Aurea coelicolae dum somnia multa susurrant.
 Pronubus huic sponso coeleste* paratur anellus,
 Huic hymenaea canunt quàm plurima candida virgo :
 225 Huic rosa florens pergrata perennat Edeni, et
 Ala frequens Seraphim coelestas rorat odores ;
 Ex sonitu divùm liquet resoluta lyrarum,
 Et citra coelos coelestia visa beârunt.

- Sed diversa animam stimulant mihi somnia pravam,
 230 Laetiae diversae aestus atq̃ue nefandae ;
 Nam cum mœsta dies discedat quaelibet umbris,
 Quae rapuit vindicta tibi mea somnia reddunt.
 Conscia mens sopita jacet, naturaque ludens
 Libera me subito transfert tibi pectore toto.
 235 O diri horrores ! dilecti, et conscia nox quos
 Sensit, ut incendens augetur crimen acutas
 Delicias ! lascivi me intus daemones urunt,
 Atque pudorem abigunt, urgentque cupidinis ignes.
 Audio te et video, faciem bibo semper amandam,
 240 Arctè amplexa tui strictis phantasma lacertis.
 Excitor e somnis, nedum audio plurave cerno,

* Ablativus antiquus, quali usus olim *Ovidius*,

Hoc mihi (nam recolo) fere ut a *coeleste* sagittâ

Figur

Par. Helen.

- Me phantasma fugit crudele Abelardus ut absens:
 Altius inclamo, nihil audit, dictave curat,
 Et nihil amplector, liquensque elabitur umbra.
 245 Claudio iterum cupidos somnare haec semper ocellos;
 Vos gratæ fraudes, vos mollia falsa redite.
 Eheu! mutanturque, videmur et ire vagantes
 Horrida per deserta, ubi flemus utriusque dolores
 Nostros; hinc cum hederâ turris pallente ruinis
 250 Pulverulenta jacet, scopuli super aequore pendent:
 Ascendis subito, digitusque invitat ad astra,
 Nimbi interveniunt, ventus sonat, et boât aequor:
 Exclamo, exilio, scenam repetoque severam, ad
 Haftenus expertos omnes excita dolores.
 255 Fata tibi indulgent, sed acerbè blanda, recessum
 Frigidulum ex aestu dulcique dolenteque amoris:
 Ut mera fixa quies tibi vadit vita serena,
 Luxuriant minimè venae, neque sanguis adurit;
 Ut mare pacatus narunt aerae ante per aethram,
 260 Spiritus aut animans quàm iussit vivere lymphas;
 Mollis ut est somnus sancti, cui Numen amicum
 Crimina praeteritae donaverat omnia vitae,
 Mitisque ut pacti blandissima fulgura coeli.
 Quin, Abelarde, veni, quis te metus impedit? almae
 265 Pabula nulla faci Veneris dant viribus orbi.
 Relligio reprobat, natura recedit, itemque
 Friges ipse, tamen crudeli absumor amore.

- Durantem frustra flammam! vèlut illa sepulchris
 Lumina quae praebet, sterilemque focillat et urnam.
 270 Scenae quae exurgunt! quàcunque vagantur ocelli,
 Formae, quà fugio, dilectae me usque sequuntur;
 Surgunt in luco, coramque altaribus adfunt,
 Inficiunt animam lascivae et lumina vexant.
 Matutina tero te propter lampada, moestè
 275 Suspirans, et imago tui mihi numinis abdit;
 Vox tuà per sacrum resonat mihi quemlibet hymnum,
 Et guttam nimiùm mollem prece stillo vel omni.
 Nubila vel quoties fragrantia fundit acerra,
 Organa quando animum tollunt sonora reclusum,
 280 Unica cura tui pompam illico dissipat omnem,
 Cerei, templa, sacri vexant vertigine visum:
 Fluctibus ignifluis mens foeda immergitur imis,
 Circum arae flammant dum coelicolaeque verentur.
 Hic humili quando procumbam prona dolore,
 285 Et faciles lacrymaeque piae glomerentur ocellis;
 Dum trepida atque precans in pulvere volverer ipso,
 Gratiaque illucens animum fovet atque recludit,
 Advenias si audes, ut dulcis, amabilis extas,
 Opponas temet coelis, cor et affere nostrum;
 290 Quin uno tentes oculorum, ictuque corusco,
 Aethereas capior queiscunque expungere formas:
 Gratia cum lacrymis ea cumque doloribus absint,
 Absint moeror item sterilisque precesque nefandae;

Diripias faevus properantem ad limina coeli,
 295 Daemonas affocians Eloïsam abscindere divis.

Non --- fuge me, fugito, quamtùm Arctus distat ab Austro,
 Alpes nos inter vasti accumuluntur ad aethram,
 Confremebunda ruant immensa ac aequora! nollem,
 Ah! nollem advenias, scribasve, aut me mediteris;

300 Nec volo sentires unum, licèt ipsa dolores
 Pro te passa fui multos; tua vota remitto,
 Immemor ipsa tui, me obliviscare vicissim,
 Respueres, habeas odio mea quaeque tenebam.

Pulchri oculi et vultus (quos nunc mihi pingo) potentes,
 305 Usque olim charae formaeque valetè colendae.

Gratia quae placida es, virtus coelestis et alma,
 De mundo et tenui divina oblivia curae;
 Spes gratum usque virens, laetissima filia coeli,
 Atque fides matura aeternae sponsio vitae,

310 Hospita quaeque placens, mitisque et amica, subite,
 Accipite, aeternâ fessamque fovete quiete.

In cellâ en! miseram tacitâ moerentem Eloïsam!
 Suffultam tumulo, fato functisque propinquam.
 In tenui quâvis aurâ quasi spectra minantur

315 Dicere, nec resonat mera tantùm vocis imago
 Per muros; etenim morientia lampada nuper
 Spectanti sonus ex tumulo trepidaverat isto.

“ Huc accede soror” (dixit, vel dicere visus)

“ Hic tuus ecce locus, soror ergo tristis adestum.

- 320 " Ipsa tui olim instar tremui, flevi atque precabar,
 " Victima amoris eram, quae laetor virgo relata
 " In divos; sed cuncta silent somno hocce profundo;
 " Definit hîc moeror gemitus, amor ipseque planctum;
 " Ipsa superstitioneque timorem hinc abjicit omnem;
 325 " Quòd Deus, haud homines, hîc crimina nostra remittit."
 Ocyor imo adero, peramoena parate roseta,
 Coelestes palmas, et ferta perennia florum.
 Imo ubi peccantes tandem requiere volabo,
 Flammaque quà Seraphim purissima pectora lambit.
- 330 Praesta, Abelarde, mihi munus triste atque supremum,
 Expediens facilem super aurea sidera callem:
 Morte vagos oculos trepidantia labraque cernas,
 Spiritus extremus nostri tua labra per intus
 Infiliat, capiasque animam ter amate volantem!
- 335 Non ---ades ah! potius sacro velatus amictu,
 Cereus inque manu trepidet sacratus, ocellis
 Siste crucem infirmè sublatis, atque moriri
 Me doceas, ex me discas morienteque; amatam
 Olim ah! tunc spectes Eloïsam crimine purus.
- 340 En rosa grata genas fugiens! en vitaeque vultum!
 En postrema meis scintillula languet ocellis!
 Cesset dum motus, pulsusque et spiritus omnis;
 Cedat amorque tui cum extremo limite vitae.
 Mors tacitè facunda doces quem pulverem et umbram
 345 Sexus uterque cupit terrenum quicquid amando.

Cumque olim formam tibi caedent fata venustam,
 (Unde omnes culpaequae meae et mea tota voluptas)
 Mens sopita tibi divinitus exigat omnes
 Angores, nimbi te involvant luce corusci,
 350 Coelicolumque cohors tutetur; fulgida apertis
 Gloria dimanet coelis, nedum impare nostro
 Te foveant superi, teque amplexentur amore.
 Vellem * idem tumulus nomen conjungat utrumque
 Infelix, flammisque meas tua fama perennet!
 355 Sec'lorum ut lapsu, claudentur quando dolores
 Nostri, corque meum saltare rebelle nequibit;
 Si fors ulla vagum par unquam adducet amantum
 Ad muros *Paracleti* albos, chrystallaque fontium
 Liquida, tunc marmor pallens super ora tenentes
 360 Oscula cum lacrymis jungent, moeroreque puncti
 Lugubre orabunt " fatum absit amoribus istum!"
 Cum plenus sonorosa chorus Hofanna tonabit,
 Dum sacra augentur pompâ, sacra usque verenda;
 Talem inter scenam facilis si aspectet ocellus,
 365 Quo cineres frigent nostri, lugubre sepulchrum,
 Solennis paulum sistet veneratio coeli,
 Una humana cadet gutta ignoscenda supernis.
 Et moerore meo simili si fata poetam
 Venturum afficiunt, paribusque doloribus angunt,

* Abelardus et Eloïsa in eodem sepulchro, aut in monumentis contiguis, ad Paracleti monasterium sepulti erant. Ille anno Christi 1142 ea quidem 1163 decessit.

108 E L O I S A A B E L A R D O .

- 370 Qui vastâ annorum ferie damnatur amatâ
Distare a nymphâ, pertristi in mente figurans
Illecebras, quales nunquam miser ipse revifat :
Hic si tamque diu, penitusque et totus amavit,
Historiam memoret nostram moerore repletam :
- 375 Sollicitos manes mulcerent rite dolores
Cantati nostros tristi dulcedine versu ;
Pinget eos meliùs parili cruciatus amore.



E L E G I A

I N

Memoriam N Y M P H A E I N F E L I C I S.

QUALE mihi lunae semotum a lumine spectrum
Annuit accedam, digito nemus inter opacum.
Designatque locum, vultu tacitumque precatur?
Ah ipsa est! sed quid tam pectora vulnere foeda!
5 Quid gladii phantasma brevi fulgore coruscet!
O referas semper formosa ac semper amica,
Coelestes nimium supponant crimen amorem?
Culpa nimis strenuo tenerove est munere fungi,
Romani partes audere, subireve amantis?
10 Praemia nulla manent super aurea sidera quales
Grandia mente agitant, aut fortes spernere lethum?
Sin ita, cur animam hanc Superi voluistis ut altum
Spirare, et flammis et temnere vota popelli?
Ambitio primùm est coelestes orta per arces,
15 Angelicum crimen! superiorum splendidus error!
Inde horum simulacra petens terrestria fervet
Pectoribus regum heroumque, et maxima spirat.
Pleraque mens hominum se haud plus semel exeret aevo,

Captivæ tristes hebetesque in carcere carnis :

20 Lumina viva parum tardos languere per annos,
Nullius atque usus, ceu lampada clausa sepulchris;
Eöi tanquam reges volvuntur inertii

In pompâ non visâ, interque palatia stertunt.

Ex tam spernendis, jussit natura priusquam,

25 Decessit, coelo forsan miserante citata.

Spiritus ut purè subtilior appetit aethram,

Fæcibus aspernans misceri affinibus infra;

Sic anima audenter repetivit originis arces

Stelliferas; nec virtutem servare reliquit

30 Cognatos minimam, indignata diutius orbem.

Sed pulchrae fidesque nimis pravissime tutor,

Perfide defertor fraterno sanguine natae;

Dulcia finge tibi hæc rubeo splendore labella

Spiritus ut tremuit liquisse, genasque videto

35 Pallentes adventu deflorescere lethi.

Pectora nunc frigent solita olim incendere gentes,

Nec volvent iterum jaculantia lumina amorem.

Si Deus usque æquus terrenum hunc dirigit orbem,

Sic vestrûm nuptaeque cadent, sic vestraque proles:

40 Vindictâ properante genus dirum omne peribit,

Liminaque obsident tibi saepe feretra tuorum.

Turba hîc praeteriens sistunt dicentque notantes,

Dum via longa nigrâ tardatur imagine mortis,

“ En! quorum Eumenides fera ferrea pectora praestant,

- 45 " Corda quibus dederant miserendi nescia"--- tantum
Indefleta cadit gens quaeque superba, pusilli
Spectaculum vulgi, ac evanida pompa diei.
Sic pereant quicumque negant laetari aliorum
Laetitiâ atque bono, aut aliorum flere dolores.
- 50 Laesi usquam manes, heu ! quanta piare valebunt
Fata haud fleta tui, ritus tumulique negatos !
Non lacryma affinis, planctusve unius amici
Placavitve umbram, aut decoravit triste feretrum,
Quin manus externae morientis clausit ocellos,
- 55 Externis manibus tua membra decentia curae ;
Externi tumulum tenuem posuere virentem,
Culta peregrinis O ! solum, et fleta alienis.
Si nulli in pullis cognati vestibus astent,
Qui doleant horâ, speciemque doloris ad annum
- 60 Induant, tristitiaequae ferant ludibria circum
In choreas mediâ de nocte et spissa theatra :
Si decoret cineres plorantum nullus amorum ;
Nec faciem marmor referat laeve atque politum ;
Si reliquum omne tui neque terra sacrata recondat,
- 65 Nenia neve super tumulum tibi sacra sonetur ;
Attamen inde novi flores nascentur, et olim
Pectora terra teget facilis tua cespite vivo.
Hic primum lacrymas liquido splendore nitentes
Aurora effundet ; florebut prima rosarum
- 70 Ad tumulum, cineres dulcis venerataque pulchrae :

Lucida coelicolumque cohors fulgentibus alis
 Reliquiis terram tutabitur usque sacrandam.

Sic tranquilla jacet sine marmore, nomine, qualis
 Florebat formâ et titulis, cum laudeque nummis.

75 Nil quod amata olim, quod pene colenda vigebas,
 Nunc profit; quâ stirpe quibusve parentibus orta es:
 Exiguus deflenda jaces heu! pulvis, et instar
 Hujus erit fastu quicumque tumescit inani.

Quos celebrare velut moriendum est vatibus ipsis,
 80 Surdent famae aures, cum lingua canora filebit.
 Nunc animam effundens moerenti in carmine moestam
 Ipse brevi lacrymis, quas dat generosus, egebit.
 Tunc bene nota suis tua forma recedet ocellis,
 Ultimus angorum te pectore vellet ab imo.

85 Halitus occludet ridenda negotia vitae
 Supremus, musamque prement oblivia nostram,
 Atque tui morietur amor, moriente poetâ.



M E S S I A H

BUCOLICUM SACRUM.

- M**AJOREM Solymâ sacrâ ortae effundite cantum,
Carmina res coelis venerandae maxima poscunt.
Muscosi fontes, peramoenae umbracula sylvae,
Somnia de Pindo, vel fictis dulce Camoenis
5 Haud magis alliciunt,—Agites dio impete mentem,
Grandiloqua Ifaiae qui flammis ora sacrâsti.
Extulit haec vates ventura in secula raptus,
Concipiet virgo, divinâ prole beanda.
Ex radice venit Jessaei en furculus! amplo
10 Cui flos fragrantis facer orbi effundet odores:
Aura super frondes, divina sed aura, movebit,
Mystica dum sacrum fovet alma Columba cacumen.
Roscida, vos coeli, cum nectare fundite mella,
Et tacitè laeto descendant molliter imbri.
15 Infirmis sanans aegrisque medebitur arbos,
Turbine tutamen praestansque caloribus umbram.
Crimina cuncta cadent, desuescent priscaque fraudum,
Et tollet trutinam rediens Astraea per orbem.
Pax placida interea gentes conjunget olivâ,
20 Candida de coelis fluet inque nocentia stolam.

- Accelerate anni! niteat sperata dierum!
 Nascere, cuncta beans, Puer alme, colende per orbem!
 En! natura suas properat dare plena corollas,
 Festinique halat tibi cuncta fragrantia veris:
- 25 Exerit en! celsum Libanus nutatque cacumen,
 Et lucos videas in monte salire moventes.
 Saron aromaticas quas nubes præbet et auras!
 Et roseis Carmel queis suffit odoribus aethram!
 Ast vox laeta audi'n tacito resonavit eremo,
- 30 Rite parate vias, Deus, en Deus emicat! ipsi
 Montes ac arbuſta ſonant Deus, en Deus! ipſae.
 Ingeminant rupesque Deum, resonantque propinquum.
 Ex venerante polo Hunc terra excipit ipſa ſtupescens!
 Cedite vos montes, vallesque ascendite laetae;
- 35 Flectite sublimes cedri reverenter honores,
 Laeventur rupes, et flumina prona recedant.
 Vatibus ipſe venit SOTER prædictus avitis,
 Audite Hunc ſurdi! caeci ſpectateque cuncti!
 Ipſe medens oculis ſpiſſâ caligine merſis
- 40 Pupillam pleno perfundet lumine caecam.
 Pollet Hic inſarctosque ſoni referare meatus,
 Inſolitumque melos raptam vibrabit in aurem.
 Cantabunt muti, ſpernet clauduſque bacillum,
 Ac velut exultans ſaltabit cerva per herbas.
- 45 Undique ceſſabunt gemitus; ſuſpiria mundo;
 Ex cunctis lacrymas cunctorum abſtergit ocellis.

- Vincula coercebunt mortem usque adamantina, vulnus
 Sentiet aeternum torvus barathrique tyrannus.
 Lanigerae veluti pecudes pastore benigno
 50 Curantur, dulcesque auras et pascua laeta
 Praebenti; amissas quaerit, cogitque vagantes,
 Providet inque dies, latebrosâ ac nocte tuetur:
 Brachia sustentant agnos sua quosque tenellos,
 Pascit item manibus, gremioque focillat in almo,
 55 Sic genus humanum curâ usque tuebitur ipse
 Venturi pactus dudum Pater optimus aevi.
 Gentibus haud ultrâ miscebunt praelia gentes,
 Acribus aut bellans bellanti incurret ocellis:
 Haud ultrâ ferro fulgebunt arva corusco,
 60 Buccina nec stragem ciet ampliùs aenea cantu;
 Desuetae ast hastae falces flectentur in uncas,
 Latus itemque minax in vomere desinet ensis.
 Aurea tunc surgent palatia, natus in auras
 Tolleat quae genitor brevis aevi infecta reliquit.
 65 Cedent quas vites posuere nepotibus umbram,
 Et qui sevit agros segetes metet inde subortas.
 Rusticus admirans deserta per arida cernet
 Lilia quae longè renitent subitumque virorem;
 Attonitus sicco quòd fontem erumpere eremo
 70 Audiit, et lymphas praedulce sonare cadentes.
 Rupe super fissâ nuper latebrisque draconum,
 Vernat arundo tremens, junci gracilesque vacillant.

Sentibus olim horrens, et ficcâ vallis arenâ,
Concinnam formâ buxum, pinumque per aethram
75 Pyramidis ritu tendentem, attollet amoena,
Florentes palmae frutices sine fronde fugabunt,
Atque sapore tetro, fallacem herbamque veneni
Myrtus odora. Lupi simul agnis gramina tondent,
Florea vinc'la tigris cogent, ducetque puellas,
85 Bos concorsque leo stabulo nascentur in uno.

- Accelerate anni! niteat sperata dierum!
 Nascere, cuncta beans, Puer alme, colende per orbem!
 En! natura suas properat dare plena corollas,
 Festinique halat tibi cuncta fragrantia veris:
- 25 Exerit en! celsum Libanus nutatque cacumen,
 Et lucos videas in monte salire moventes.
 Saron aromáticas quas nubes praebet et auras!
 Et roseis Carmel queis suffit odoribus aethram!
 Ast vox laeta audi'n tacito resonavit eremo,
- 30 Rite parate vias, Deus, en Deus emicat! ipsi
 Montes ac arbuta sonant Deus, en Deus! ipsae
 Ingeminant rupesque Deum, resonantque propinquum.
 Ex venerante polo Hunc terra excipit ipsa stupefcaens!
 Cedite vos montes, vallesque ascendite laetae;
- 35 Flectite sublimes cedri reverenter honores,
 Laeventur rupes, et flumina prona recedant.
 Vatibus ipse venit SOTER praedictus avitis,
 Audite Hunc furdi! caeci spectateque cuncti!
 Ipse medens oculis spissâ caligine merfis
- 40 Pupillam pleno perfundet lumine caecam.
 Pollet Hic infarctosque soni referare meatus,
 Infolitumque melos raptam vibrabit in aurem.
 Cantabunt muti, spernet claudusque bacillum,
 Ac velut exultans saltabit cerva per herbas.
- 45 Undique cessabunt gemitus, suspiria mundo;
 Ex cunctis lacrymas cunctorum abstergit ocellis.

- Vinc'la coercebunt mortem usque adamantina, vulnus
 Sentiet aeternum torvus barathrique tyrannus.
 Lanigeræ veluti pecudes pastore benigno
 50 Curantur, dulcesque auras et pascua laeta
 Praebenti; amissas quaerit, cogitque vagantes,
 Providet inque dies, latebrosâ ac nocte tuetur:
 Brachia sustentant agnos sua quosque tenellos,
 Pascit item manibus, gremioque focillat in almo,
 55 Sic genus humanum curâ usque tuebitur ipse
 Venturi pactus dudum Pater optimus aevi.
 Gentibus haud ultrâ miscebunt praelia gentes,
 Acribus aut bellans bellanti incurret ocellis:
 Haud ultrâ ferro fulgebunt arva corusco,
 60 Buccina nec stragem ciet ampliùs aenea cantu;
 Desuetæ ast hastæ falces flectentur in uncas,
 Latus itemque minax in vomere definet ensis.
 Aurea tunc surgent palatia, natus in auras
 Tolle't quæ genitor brevis aevi infecta reliquit.
 65 Cedent quas vites posuere nepotibus umbram,
 Et qui sevit agros fegetes metet inde subortas.
 Rusticus admirans deserta per arida cernet
 Lilia quæ longè renitent subitumque virorem;
 Attonitus sicco quòd fontem erumpere eremo
 70 Audiit, et lymphas praedulce sonare cadentes.
 Rupe super fissâ nuper latebrisque draconum,
 Vernat arundo tremens, junci gracilesque vacillant.

- Sentibus olim horrens, et ficcâ vallis arenâ,
 Concinnam formâ buxum, pinumque per aethram
 75 Pyramidis ritu tendentem, attollet amoena,
 Florentes palmae frutices sine fronde fugabunt,
 Atque sapore tetro, fallacem herbamque veneni
 Myrtus odora. Lupi simul agnis gramina tondent;
 Florea vinc'la tigrem cogent, ducetque puellus.
 85 Bos concorsque leo stabulo pascentur in uno;
 Dilambetque pedes peregrini innoxius anguis:
 Serpentes maculis varios, cristâque verendum
 Longè olim manibus contrectans rideat infans;
 Squammarum aspiciet mirans viridemque nitorem,
 85 Ludet et illaesus trifidâ vibranteque linguâ.
 Imperio sublimis ades, lucisque coronam
 Turritum Solymae caput exerat! erige vultus!
 Progenies en! quanta amplas tibi repleat aulas,
 Venturos videas natos, nataeque futuras,
 90 Undique confertim vitali vescier aurâ
 Poscentes, demumque superno existere coelo.
 Barbaricos videas populos stipareque portas,
 Luce fruique tuâ, Solymaeque accedere templo.
 Splendida quot strati sunt juxta altaria reges!
 95 Dum dulces redolent quot Sabe effundit odores.
 Saltus Idumaeus Te propter aromata spirat,
 Semina venturum maturat et Ophir in aurum.
 Ostia quin subitò coeli reserata patefcunt,

Immodicumque diem radiant et flumina lucis.
 100 Amplius haud oriens auroram Phoebus inauret,
 Vespere nec niteant argentea cornua Lunae;
 Sed victis splendore tuo vel utrisque supremo,
 Gloria pleno aestu, fulgor sine nube replebit
 Aurea tecta tibi: qui Lux est ipse recondet
 105 Ipsum, coelestisque dies, sine nocte, perenni
 Tempore laeta fluet, neque gaudia taedia noscant.
 Aequora vanescent, coeli quod cernis abibit
 In fumum, in cinerem rupes, montesque liquebunt.
 Sed durant promissa Dei atque potentia servans,
 110 Regna aeterna tenes, MESSIAH tuusque gubernat!



PRECATIO UNIVERSA.

OMNIUM Sator venerande, cultus
Omne per seculum, populo vel omni,
Barbaris, sanctisque sphisque cunctis,
Sive Jehovam,

5 Seu Jovem dicunt Dominumve. Causa
Quàm capax! nulli capienda! prima!
Hoc mihi, solum hoc sapiisse donans,
Usque benignus

Ipsè quòd praefis, ego caecus usque
10 Pater; obscurâ tamen hâc in orâ
A malo velles bona rite cernam, et
Lege, perenni

Lege, naturam cohîbens, voluntas
Sit sui juris velis: O precanti
15 Conficio quaenam mala cede vitem
Tartara plus quàm

PRECATIO UNIVERSA: 119

Ima. Rex divûm! bona quae renident,
Pura quae constant, precor omne prae se
Sordeat multùm; minùs appetamque

20

Limina coeli.

Caeterùm quaenam Bonus annuisti hìc;
Annues quaenam, sapienter utar
Faxis; arrides, quoties beamur

Rite fruendo.

25 Sed minùs credam bonitas quòd ipsa
Numinis solum tenuem hunc ad orbem
Spectat, ex alto licèt usque lucent

Mille vel orbes.

Nullus O tangam tonitru, nec ignes
30 Fulminem coeli; neque quos probandos
Haud tibi pono, malè judicarem

Censor ineptus.

Rite si credam, facias tenacem
Plurimùm recti; malè fin oberrem;

35 Gratiam spires, fatìs ut pateret

Semita veri.

120 P R E C A T I O U N I V E R S A .

Comprimas fastum fatuè tumentem ;

Impiam avertas animi quærelam ;

Commodas ob quæ Bonus, ob Sciens quæ-

40 cunque negâsti.

Sentiam quaenam cruciant propinquum ;

Crimen occultem mihi pervidendum :

Quale lenimen tribuo petenti,

Tale precamur.

45 Vilis ex me sim, nisi fonte tanto

Vita defluxit. Me, ubicunque vadam

Hoc die, ducas precor, an morentur

Fata, vel infent.

Pax fit et panis mihi fors diurna :

50 Cuncta quæ præter radiante cursu

Sol videt, nôris bona sint virisne, et

Quæ velis adfint !

O cui templum spatium omne replet !

Ara cui tellus, pelagusque et aether !

55 Consonet semper genus omne, thura

Cunctaque spirent !

CHRISTIANI MORIENTIS

A D

A N I M A M.

FLAMMULA e caelis oriunda, vitam
Quae facis, sedem hanc fuge jam ruentem;
Qui metus, quae spes, mora qualis et quae
Cura volandi

5 Te premunt! quantus dolor est moriri!
Gaudii quantum! mihi cede, veram
Langueram in vitam, precor, haud repugnes
Cor mihi votis.

Audin' ut gratis vocitent susurris
10 Angeli--- "Sis huc, soror, atque lethum
"Sperne cum terris"--- Mihi me quid aufert
Miror, et omnes

Sorbet heu! sensus, operitque ocellos,
Eripit vires, mihi fugit aethram;
15 Fare, si calles animus, sit isthoc
Denique lethum?

R

Mundus evadit, nihil est, superna

Visa percellunt aciem, sonores

Audio quantos Seraphim, nec ullā

20

Voce loquendos.

Praesto sint alae, volo, vinco stellas,

O tuus, mors, est ubinam triumphus?

Dira quae restant tibi praedicata

Tela sepulchro?

Μόρος ΘΕΩ Δόξα

